Weszprémi Stephani
Succincta Medicorum
Hungariae et Transylvaniae
Biographia

Pars Prior.

SVCCINCTA MEDICORVM HVNGARIAE ET TRANSILVANIAE BIOGRAPHIA.

CENTVRIA ALTERA. PARS PRIOR.

EXCERPTA

EX ADVERSARIIS

STEPHANI WESZPRÉMI,

MED. DOCTORIS,

LIB. REGIAEQUE CIUITATIS DEBRETZEN PHYSICI ORDINARII.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor.
Dido VIRGIL. Aeneid. Lib. IV.

WIENNAE,

TYPIS IO. THO. NOBILIS DE TRATNERN, CAES. REG. TYPOGR. ET BIBLIOPOLAE.

1778.

ILLVSTRISSIMO VIRO

D. ANTONIO

LIB. BAR. DE STÖRCK

AVGVSTISSIM. ROM. IMPERATOR. ET IMPERATRIC. A CONSILIIS, ARCHIATRORVM COMITI, INCL. FACVLT. MEDIC. VINDOBON. PRAESIDI, ET DIRECTORI PERPETVO, PER VNIVERSAS DITIONIS AVSTRIACAE PROVINCIAS PROTO-MEDICO, NOSOCOM. PAZMANIANI PHYSICO, SOCIETAT. FLORENT. ACADEM. SCIENT. SIEN. ACADEM. PRINCIP. HASS. INSTIT. BONON. ET ACADEM. S. R. IMP. NATVR. CVRIOSOR. &c. MEMBRO.

En, Illustrissime Liber Baro, Fautor singulari honoris cultu prosequende, Medicorum Hungariae

et Transilvaniae e monumentis et sepulcris suis haud sine labore et industria erutorum et in lucem hanc protractorum chorum integrum in Venerandum conspectum tuum adduco, sisto exanimem; quorum moestissimi manes benignissimum TE

per

per vniuersas Augustae Domus Austriacae Prouincias auctoritate publica constitutum Proto-medicum summum, exortum TE ex ossibus suis vltorem, velut ancile quoddam coelo delapsum, gemebunda voce supplices, me interprete, veneran-

tur, orantque, effice, vt infelici fato pressi ex perpetuis eripiantur tenebris, et in vitam reuocati e munifica tua beniuolentia immortalitatem nominis apud posteros consequantur. Habebit ita profecto vniuersa Patria nostra, sed in pri-

mis

mis Medicorum et tota litteraria res publica Hungariae, quod gratae mentis beneficiorumque memoris cultu ac pietate in TE ſemper depraedicet: quod dum TE factum firmiter confido, me totum ſtudiaque mea amori et fauori paterno com-

men-

mendatissima esse volo. Dab. Debretzini ad d. III. Eid. Augusti, An. MDCCLXXVI.

ILLVSTRISSIMI
NOMINIS TVI

Cultor deuinctissimus,
STEPHANVS WESZPREMI,
Med. Doct. et Lib. Reg. Ciuit. Debretzen. Physic. ordin.

SUCCINCTA MEDICORUM HUNGARIAE ET TRANSILVANIAE BIOGRAPHIA.

ARTICVLVS I.

ABARIS. Abaridem hunc Seutho patre ſatum, ab Herodoto Lib. IV. Diodoro Siculo Lib. II. Strabone Lib. VII. Pauſania, Suida, Apollonio, Iamblicho, Euſebio, et infinitis aliis antiquioris non minus quam ſequioris aeui ſcriptoribus concelebratum Scytham, Bonfinius Decad. I. Lib. I. edit. Belian. pag. 11. *Czvittinger* in Specim. Hiſtor. Litt. Hung. *Otrokotſius* in Origin. Hung. *Belius* in Prodromo Hung. antiq. Lib. I. Sect. I. *P. Bodius* in Athenis Hungar. in artic. Viris Nationis noſtrae eruditis adnumerant; eumque quod *Georgius Matthiae*, Cel. Göttingens. Profeſſor Medic. in *Conſpectu Hiſtoriae Medicorum chronologico*

A pag.

pag. 4. in Medicorum numerum referat, e re noſtra eſſe duximus velut antiquiſſimum gentis noſtrae Philoſophum et Medicum heic loci paucis dumtaxat commemorare verbis. Quanta de aetate illius inter eruditos ſit diſceptatio, praeter alios id ex *Baylii Dictionar. Hiſtorico-critico* licet in Artic. potiſſimum cognoſcere, ſcilicet aliis eum ad Phalaridis tyranni, aliis Solonis, aut Pythagorae, vel Cyri, aliorumque tempora reiicientibus: ſubductis tamen omnibus chronologorum rationibus, vero quam ſimillimum nobis videtur, ſeculum a mundo condito XXXIII. vix ſuperauiſſe. Dicitur celebratiſſimum hunc aetatis ſuae vatem philoſophum aureo iaculo ab Apolline, cuius ſacris operabatur, donatum, totum circum curſitauiſſe orbem hominum commodis diuina arte ſua conſulturus, & dum dira lues peſtifera famesque vniuerſam fere miſere adfligeret terram, ab Hyperboreis Scythis popularibus ſuis expeditum, Athenas ſe contuliſſe ad conſulendum, in auertendo malo hoc, Oraculum. In ea regione inter Graecos diu multumque diuerſatum, futuros terrae motus et tempeſtates praedixiſſe, grandines cohibuiſſe, procellas compeſcuiſſe, peſtem fugaſſe, hominum moribus inuigilaſſe, Scholiaſtes Ariſtophanis, Iamblichus, Porphyrius, Harpocration, Clemens Alexandrinus, Apollonius, Gregor. Nazianzenus, alii referunt: immo aegros ſibi obuios, praemiſſis pro more incantationibus, teſte Platone in Dialogo Charmidis pag. 465. edit. Francof. an. 1602. in fol. conſolatum fuiſſe, eorum ani-

animos corpusque curauiſſe: Hinc ſane illud factum fuiſſe ſuſpicamur, dum ſplendidiſſimam aedem ſacram, Pauſania teſte Lib. III. Lacedaemone excitaret, illam ideo Κόρης σωτείρας virginis Proſerpinae ſalutiferae honoribus conſecrauiſſe. Qui plura de noſtro hoc Philoſopho et Medico ſcire deſiderat, M. Car. Gotfrid. Zapfſium in Diſſertat. de Abaride, Lipſ. an. 1706. in 4. edit. conſulat, ſed maiori forte cum accuratione breuibus de hoc diſſeruit Bruckerus in Hiſtoria ſua Critica Philoſoph. German. Tom. I. pag. 212 — 216. Scripta Abaridis, ſi quae ab eo profecta umquam exſtiterint, ex Suida recenſet Fabricius Biblioth. Graec. Volum. IX. pag. 653. *De Scythicis oraculis; de Hebri fluuii nuptiis; de Theogonia; de Expiationibus, S. Luſtrationibus; de Apollinis aduentu;* quae tamen omnia intercidiſſe conſtans eſt omnium Rei litterariae ſcriptorum traditio.

ARTICVLVS II.

AITAI (ANDREAS') Celebris hic Daciae Medicus in vico ſatis frequenti, Közèp-Ajta, ſedibus Siculicalibus adſcripto, a quo denominationem ſortitus, patre Andrea Szabó, ciue ſi non gentis ſplendore nobiliſſimo, vitae tamen integritate claro, prognatus eſt anno ſuperioris ſeculi ſeptuageſimo ſecundo: quum puerilis illius aetas primis litterarum elementis domi ſatis imbuta videretur, ad publicos, qui in gymnaſio Udvarhelyienſi docebant, praeceptores miſſus eſt, inde in Collegium N. Enyedienſe trans-

latus, tamdiu hac musarum sede in elegantioribus litteris satis, & ita quidem, ut laudem mereretur, imbutus eruditusque est, quoad anno 1713. qui Enyediensibus Musis, ut notum est, fuit maxime fatalis, in iter se daret academicum: Illustriss. Comitum Josephi & Alexandri Telekiorum adiutus liberalitate, Halam Magdeb. primum se contulit, ea quidem mente, ut medendi arti totum se traderet; eo hic alacriori gradu in optimis litterarum studiis, Medico necessariis, progressus est, quo maiori beneficiorum regiorum praesidio munitus fuerat, & dum mox huiati Medicorum ordini suos in arte medica obtulisset profectus, summae in Medicina dignitatis ritu sollemni cepit insignia, biennio elapso inde Berolinum recto commigrauit itinere, heic loci in stipendio, quod studiosorum gente Transilvanorum ad Musas Viadrinas ab Annia Via aduentantium usibus destinatum erat, egregie confirmando plurimum desudauerat: anno postero inde in Germaniam denuo excurrit, tandem in Batauiam delatus, Ruyschianae potissimum industriae miracula contemplaturus in operibus artis, quibus fabricam totam corporum animalium reclusam curiosus artifex hic monstrare solebat. Quia vero sciret, quem medica res processum Britannis debeat, in eorum insulam religiosissimum naturae et artis sacrarium penetrandum duxerat, nulliusque non morae illic & in eruditissima Gallia exigendae sibi abunde constare rationem existimauit. Ex oris his peregrinis, per celebriores Germaniae urbes ad pa-

patrios lares regreſſus, in aula Illuſtriſs. Comitis Ioſephi Teleki primum ſubſtitit, & mox ad opem medicam ferendam undique rogatus, exſpectationem, quam in animis ciuium ſuorum concitauerat, non implevit modo florentibus in annis, ſed creſcente in dies fama et tota vita ad exactae aetatis terminum usque ſuſtinuit. Anno 1733. ſexagenario annis duobus maior in praedio, quod iure dotis poſſederat, Szàſz-Nàdoſino, haud procul a caſtro Küküllö-vàr remoto, vitae et laborum ſatur placide exſpirauit. Matrimonium, quod cum lectiſſima virgine Suſanna, Viri praenobilis Georgii Czegei Vaſs, ſenioris, filia inuerat, felix quidem et concors, ſed non niſi unica filia itidem Suſanna foecundum fuiſſe accepimus, et hanc hodiedum ſuperſtitem Spectatiſſimo et Nobiliſſimo Viro, Petro Domokos de Alſó-Csernàton ſedis ſiculicalis Maroſienſis Vice-Iudici Regio elocatam probe nouimus.

O P E R A.

Diſſert. medica theoretica. *de Medicinae et Doctrinae moralis nexu.* praes. Mich. Alberti, a quo in calce operis prolixe laudatus. Ienae an. 1714. in 4. plag. 7. Magnificis S. R. I. Comitibus, Michaëli, Ioſepho, Paullo, & Alexandro Teleki de Szèk inſcripta. Auctorem Franciſcus Pàriz Pàpai. Medicus, ita adfatus eſt:

Egregium proponis opus, tantoque labore
Dignum, quo Medicis Moralia dogmata ſiſtis,

Haec non Hippocrates, non Celſus, nec Paracelſus
Hactenus expoſuit: cum Praeſide, primus haberis,
Veram qui variis medicinam Moribus offers,
Inter utrumque ſimul quae ſit connexio monſtras,
Gratulor hinc merito, ſtudio quoque iam bene coepto
Praemia polliceor, ſummis decorata trophaeis.

ARTICVLVS III.

Albrich (Ioannes) Doctor hic Medicinae, Coronenſis Tranſiluanus eſt, ibi natus, ibi educatus, eruditusque eſt; poſteaquam apud exteros, Hallenſes in primis Friderico Hoffmanno praecipuo duce animum ſolida eruditione medica rite excoluiſſet, impetrata ſummos in arte ſalutari honores petendi licentia, gradu Doctoris in Medicina Trajecti ad Rhenum condecoratus eſt. Cumque in medicina facienda curandisque aegrotis ſcientiam ſuam, publice ſatis ſuperque probauiſſet, peſte annis 1718. et 1719. crudelem in modum in Tranſiluania graſſante, ab Excelſi regii Principatus Gubernio Director ſanitatis conſtitutus eſt, et mox a patriae vrbis ciuibus in ſenatum quoque adlectus. Demonſtratis variis ſtudii et experientiae medicae ſpeciminibus ab Imperiali Nat. Curioſor. Societate ad d. 25. Iun. an. 1740. ordinis ſui Collega ficto Chryſippi III. nomine honoris gratia declaratus eſt, vt ex laudatae eiusdem S. R. I. Academiae Hiſtoria a Büchnero concinnata pag. 508. edocti fuimus. Virum hunc Daciae noſtrae eruditum an. 1750. vitam cum morte com-

commutauiſſe Academiae Caeſareae ſociorum demortuorum Catalogus in Volum. Actor. Phyſico-Medicor. X. exhibitus, teſtis eſt.

OPERA.

(1.) Diſs. inaug. med. *De Haemorhagiis in genere.* Traject. ad Rhen. an. 1709. in 4.

(2.) *Obſeruationes de Peſte Barcenſi, praeſertim Coronae ſaeuiter an. 1718. et 1719. in Tranſiluania graſſante.* Duplex hic eſt Tractatus, alter Germanico alter vero Latino conſcriptus idiomate: prior hoc inſignitus eſt titulo: *Kurtzer Hiſtoriſcher Bericht von der in Cronſtadt graſsirenden Seuche An. 1718. 1719. Doctore Albrichio notante.* In Fol. plag. 3. Poſterior vero: *Hiſtoria Medica Peſtis Coronenſis An. 1718. et 1719.* In fol. plag. 2½ Vtrumque, quod tenemus, MStum Cibinio a Cel. Tranſilvaniae Medico regio, D. Adamo Chenot transmiſſum ex originali exſcriptum eſt: illud in Annalibus phyſico-medicis Vratislav. Tentam VI. pag. 1816. Illuſtris Medicus Sam. Köleſerius in compendio exhibitum, tecto auctoris Albrichii nomine, ſuo vero praefixo, communicauit olim cum publico. Mirari non deſino, quum maxima hujuſcemodi Obſervationum de Peſte, teterrimo illo morbo apud nos frequenti, captarum laboremus inopia, utiliſſimum hocce reipublicae medicae in Patria inſtrumentum,

 di-

dicam thesaurum, in tenebris debere delitescere. (*)

Epi-

(*) Facta *Pestis* huius *Barcensis* mentione, e re nostra esse duximus, vt *Pestis* quoque *Kartzagiensis et Madarasiensis* in maiori Hungariae Cumania anno 1739. saeuientis originem, infectionis occasionem, signa et symptomata, tempus durationis, et methodum medendi ex ipsis Stephani Terbots, Cumaniae Capitanei Litteris responsoriis ad huiatem Sanitatis Commissionem e medio infectorum grege exaratis exscribamus in compendio, eo quidem, quo scriptae sunt, sermone vernaculo, vt praeter morem gentis in teterrimo morbo hoc obseruari solitum, loquendi quoque formulae nobis familiares quibusuis innotescant:

a) De *Origine et occasione infectionis.* Tekintetes Administrator Podhràtzky György Uram parantsolattyàra, Kapitàny Uram a' N. Kunsági Districtusnak három Assessoràval ês Notariusàval á *Kartzagi Birákat* a' Lineáig kihivatta, kik *de origine* semmi bizonyost nem tudtak mondani, hanem gyanuságok vólt a' Pontistákra, kik a' Ima——5tam. Dec, 1738. nálok vóltak, azok között sok betegek, kik közzül négyen megis hóltak ott; ezeket magok eltemették a' Pontisták Király Ferentz Kertye mellé. Edgyiknek a' rosz temetés miatt kezei és làbai kin vóltak, mellynek tsudájára jártak a' gyermekek. kivált a' Király Ferentz gyermekei kezeit 's lábait fogdosták: melly Háznál legelöszször az *Infectio* kezdödött *circa* 25. Iauuar, Maga is Király Ferentz examinàltatván, ö is azt mondta 's egyedül arra van gyanúja: neki kilentz gyermekei egymásután két Hét alatt meghóltak a' Felesége sokara a' gugából meggyógyult, magának még semmi bajja nem vólt. Azután szomszéd attya-fiai kezdettek halni, ismét harmadik szomszédgya, kik közzülis öten 's hatan kettesévelis naponként két Hét alatt meghóltak a' déli részen. A'harmadik Házban levö már *infectus* gazdának Aggod Istvánnak leánya vólt fèrjnél Karats Iakabnàl a' város északi részén, ez attyához attya-fiai temetésekre 's betegek nézésére noponként eljárván, Karats gyermekeivel és tselédivel meghólt, igy az atya-fiakon és szomszédokon el-hatalmozott. *Madarasról* Lehi

Ger-

(3.) *Epistolae ad b. Schultzium exratae duae* exstant in Numophylacio Schultziano Part. I. pag. 324. seq. quod Agnethler noster edidit Hal. Magd. an 1746. 4. Vtraque an 1740.

A 5 Coro-

Gergely, étszaka szökött a' szoros tilalom ellen Karczagra, mikor màr Kartzag-ujj-szálássa be vólt zàrolva, ott valami négy Vég gyóltsot elárulván, azután Kartzagon szolgált fiát, ki Gugában fekvö vólt, Madarasra etzszaka maga házàhoz vitte; két-nap-mulva két fia meghólt, azután másik nap ismét kettö: ezeknek apolgatàsára s' temetésére menvén a' Lehi Gergely leánya mind férjestül, ki Szabó Balás fia vólt, harmadnapmulva meghólt, màsodik napon Szabó Balàs issiu legény fiais- Kapitány Uram ezeket megtudván, mind a' két házbelieket a' Helységbül kiküldötte a' Lazaretumba, de a' kimenés után ugyan tsak kivül is meghóltak, és a' kik azon Testek körül atya-fiak és szomszédok forgódtak, *inficialtatván* a' *Contagio* elboritotta, ugy hogy némellyek négy oráig sem betegeskedtek, hanem hideg-leléssel s' fö-fájással, forrósággal hirtetlen meghóltak, már most tizenhatan, 17*ten* és 20*an* 's többben is egy nap meghalnak. A Tur-kevi gulyás-bojtár egésséges lévén, ez Kartzagon lakó beteg Annyához estve bement, más nap Annyát eltemetvén, ugyan azon nap mig a' Tur-kevi gulyához ért, meg mirigyesedett; a' gulyás, más nap észre vévén, és a' tilalomtól félvén, a' bojtàrt két lovon s' szekerén a' Kartzagi határba viszsza vitette, ki mihelyt a' Karczagi Gulyához ért, meghólt. A' Pestisben meghólt gyermeknek ruháját a' más gyermekre adtàk, azis más nap meghólt, és azon darab ruhából az elsö gyermeken kivül három gyermek hólt ki. A' Kiss-ujj-szállási *infectus* emberekis megvallották, hogy éjtzszaka szöktek be Kárczagra attyok-fiaihoz. kikközzül más nap edgynek vóltak temetésén, azon nap ejtzszakàján haza mentenek, gyermekeik oda haza *inficialtattak*. Kapitány Uram öket a' szölös-kertben lévö Kunnyójokba küldötte; a' hol tizenhat közül nem maradott megtöbb hatnál, ezek közül kettö maradt *infectio* nélkül, négye ki-gyógyúlt s'át.

(b) *Signa infectionis et symptomata varia sunt*: Nyilallás, melly némellyen két nap is van, testnek hir-

Coronae in Tranfilvania fcripta eft: in priore harum de fatali generi fui Samuelis de Drauth, Med. Doct. et Nat. Curiof. Chryfippi II. morte, quod in fornicatae camerae domus fuae rui-

hirtetlen való elefése, de leginkább hirtelen való nagy nyilallàs, mindgyárt érzették a' mirigyet, némely *infectusok* pedig nagy fö-fájáffal s'fzédelgéffel vagynak: fájlallyák hón-allyokat, mellyeket, torkokat, ágyékjokat horgas-inokat s'àt. némellyeknek a' karján, màfoknak a' lábàn adgyaki magàt, melly fájdalom és annak *duratioja* nem edgy-féle; némellyekben látható s'tapafztalható; guga efik csak fennnjártokban kevés fájdalommal, 3. 4. nap vagy edgy hét mulva, ezek elhadgyák: noha fokan ezek közzülis azután lábokról levétetnek: máfok hirtelen lábaikról leesvén, 3. 4. 5. napig is ágyas betegek, és többire halálofok; némelyek edgy hólnapig is keferves fájdalommal vifelik, föt némellyek két hólnaptól fogva is: ezek közzül igen kevesfen halnak meg. Sokakat legelföben hányás, ükrendés eröltet fórrófággal s'hidegleléffel, az-után üti-ki magát a' gugatorkában, kinek hón-allyában, kinek ágyékában, horgas-inaiban, lába-hajláfában. A guga is fokféle, némelly nagy mintegy Vefe, némely hofzfzú, kemény, veres, hofzfzú puha fehér, veres és fzederjes, némely mintegy fél-tyuk-tojás nagyobbakis, némely mint egy makk, golyóbis s'át, nagyob réfzént veres és tüzes. Sokan pokol-varral adgyák ki magokat, néha a' gugával edgyütt, néha a' nélkül; fokon nátha-fzeplö is van, de már azok közzül kevés gyógyulmeg, némellyen 30. 40. pokol-var-is van, ki fejér, ki fekete; ki nagy, ki igen kitfiny. A' kik pokol-varafok hóltak meg, igen gugáfokis vóltak.

(c) *De Duratione, ea eft varia.* Némely két hétig, háromig, edgy-holnapig is elvifzi: de igen tsak elvalik 4. 5. napra. *Circa moribundos varia fymptomata:* ki tsendeffen nyugfzikel, ki nagy hánykódáffal, ki félemmel, rettegéffel, fziv-fzoruláffal, ki tsak hordoztattya magát, ki az emberhez fem fzóll, ha eröltetik is; fok ismet hàlàlig befzéll, fokan az ágyon kezekkel motoráznak, mintha valamit keresnének. Az illyeken nagy réfzent halálok felê halál-ház üti kimagát; fokan fájdalmakat fem érzik, még

ruina ſepeliretur, acerbe queritur ; ſuas de Peſte Barcenſi in Tranſilvania an. 1718. et 1719. Coronae potiſſimum ſaeuiter graſſante Obſervationes medicas, mineram auri Treſtienſem Tranſilvanicam; numismata quaedam aurea, argentea, aerea; nec non terram bolarem

még is 4. 5. vagy 6. óra alatt meghalnak p. o, forró-hideg-leléſſel. Semmi *ætaſra*, *diætara*, *temperamentumra* még eddig, ugy látſzik, tekintet nem vólt, 50. 60. 70. 80. eſztendös embereket is vitt-el. Sütö Miklós is *circiter* 110. eſztendös, ki màr ez-elött három Peſtiſt ért, edgyikben ſem vólt Gugája, noha köztök eleget forgott, moſt belé eſvén, három nap allatt meghólt. Mértékletes êletü embereket, és a' kik jó eröben vagynak, még hirtelenebb halállal viſzi el, mint a' kik ſinlödésben vòltak:

(d) *Medicina*. A' Karczagi *Notarius* tſak Terjéket vett bé kétſzer egy-eyg póhár borban *optato cum ſucceſſu* A, Gugát Doktor Arbeſſer Uram fejér flaſtrommal ragaſztotta; ki paraſzt-orvoſſággal élt, fült veres-hagymát ſzappannal s'mézzel öſzve keverve, azzal érlelték, s'fakadása után ſzitatták. N. Commiſſarius Balla György Uram othon nem lévén, cselédgyeinek megirta, hoyg magokat minden *converſatiótól* mindnyájan örizzék, még cſak innya való vizért is ollyankor küldött a' feleſége, mikor már máſok éppen a' kutra nem mentek, mind eddig meg is maradtak épſégben: edgy ſzolgája ment vólt a' ſzomſzédba, hir nélkül, a' hol mindgyárt minden teſte leforrázódott, az Aſzſzony orvoſolta oſztán meg. Szent-György-nap után Balla Uram haza ment Karczagra, de a' mértékletes életet ſzorgalmatoſſan követi, ſenkivel még cſak beſzélgetéſre ſem áll; Nemis vólt az *infectionak* eleibe való álláſnak jobb módgya annál ſem Karczagon ſem Váſár-helyen, a' mint ſzava hihetö betſületes emberek mondották. A' Gugát ſokan cſak veſztében hadgyák, ugy is némellyik ki fakad; ſok ujj-ſzappanból, mézböl, liſztböl tſinált Kováſzſzal, némellyek cſak nyúl-börrel is raggattyák, s'érlelik, ſokan kivágják s'vágattyák, mellyekböl embert veſztö irtóztató büdös kelevény jö ki

larem Perficam febrifugam, Tentzug dictam, Sandaraca Graecorum fcatentem, dono benevole offert: in altera gratias agit pro exmiffo fibi ab Augufta Academia Diplomate, et aureum Lyfimachi numum cum aliis non nullis diuerfi moduli, illo potiffimum aureo X. folidos minores pendenti, quod *Iuftitia* et *Concordia* gerit infcriptionem, grato donat animo.

ki s' azutàn meg gyógyul. Moft Vèrben fem himlöben nintfenek; a' kik tavaly vér-hasban vóltanak is, némellyek *inficialtattàk*. némellyik meg is hólt: a' kik a' más Peftisben peftifefek vóltak, és akkor edgy vefényi Gugàbol meg gyógyultak, moft bele esvén ki meg gyógyul, ki meghal: ezen *infectionak* is elein a' ki a' Gugàból meggyógyúlt; ifmét reájok efett és ki meghólt, ki meg gyógyúlt. Rühefek is a' kik vóltak, vóltak ugyan cfak *infectufok* s'àt.

Haec ipfa peftis faftis Civitatis noftrae publicis teftibus, quae 40. fere hominum millia numerat, octo millia feptingentos et amplius in urbe noftra acerbo merfit funere: October menfis fuit omnium diriffimus, ut ter mille quadringentos nonaginta tres e medio fuftulerit, e quorum numero centum fexaginta quatuor fuere, qui folo decimo nono laudati menfis die flebilem in modum enecti funt.

ARTICVLVS IV.

ANACHARSIS. Nomadicorum Scytharum errabundorum genere, Spargapite abauo, Lyeo auo, et Gnuro patre, primoribus gentis prognatus; olympiade XLVII. vel notante Otrokocfio in Originibus Hungar. Part. I. pag. 49. et

et 150. circa annum ante natum Chriſtum 584. ad Graecorum leges, mores, et optimam reip. formam cognoſcendas, ſub Eucrate principe, Soſiorate teſte, procelloſum Euxinum tranſuectus, Athenas, regio forte iuſſu miſſus, commigrauit, in diſciplinam et familiaritatem Solonis, viri Graecorum ſapientiſſimi, perſpecta prius ejus indole, admiſſus, quantum ſub illius manuductione in ſcientiarum, et exercendarum inprimis virtutum ſtudio profecerit, docent miſſis aliis Laërtius Lib. I. Suidas in Artic. Strabo Lib. VII. Clemens Alexandrinus Stromat. Lib. I. ut concliata ſibi nobiliſſimorum quorumuis virorum amicitia, jus quoque ciuitatis Theoxeno referente raro ſane exemplo, teſte quoque Luciano in Scytha Oper. Tom. I. edit. Reitzian. pag. 868. ab Athenienſibus obtinuerit. Sic omni ſapientia practica et ciuili Graecanica, cuius mater erat originis, facile imbutus, reliquit Athenas; et, maiore orbis parte peragrata, collectisque ita vbiuis gentium indefeſſo Studio eruditionis et ſapientiae theſauris, in patriam ſpe forte capeſſendi imperii habenas, ſed malo ſuo, remeauit; nam dum peregrino ritu a Graecis accepto, a quo populares abhorrerent, myſtica ſacra, in denſis licet ſiluis, quo ſe abſconderat, celebrare animaduerteretur, a Saulio rege, quem fratrem illius fuiſſe Herodotus memoriae prodidit, ſagitta confoſſus eſt; et ſic Scytha iſte philoſophus, ingenii elegantia, animi virtute, & maſculo dicendi genere clariſſimus, longiore vita dignior, miſere periit. Quantam Medi-

ci-

cinae quoque cognitionem fuerit adeptus, ex Plutarcho potiſſimum in Sympoſio Sept. Sapient. Tom. II. edit. Francof. an. 1599. licet colligere, ubi de Scytharum diaeta et Medicina liberaliter diſſeruiſſe, immo artem eam docuiſſe quoque legimus. Quae *de Scytharum Legibus*, et *de his quae apud Graecos legitima ac ſollemnia ſunt; ad frugaliorem ac Viliorem victum*, itemque *de re bellica ad octingentos verſus* ſcripſiſſe meminit Laërtius Lib. I. pag. 65. ea temporum iniquitate intercidiſſe cum aliis teſtatur Fabritius Biblioth. Graec. Vol. I. Epiſtolam ad Craeſum datam idem recitat Laërtius pag. 68. una cum pluribus egregie dictis in Anacharſide, Cicero vero Litteras ad Annonem ſcriptas e Graeco ſermone in Latinum verſas Lib. V. Tuſcul. Quaeſtion. exhibet; reliquas Epiſtolas Lubinus Baſil. an. 1660. publicavit, quas tamen vulgus eruditorum non niſi ſuppoſititias eſſe non ſine ratione credit. Effigiem ex Gemma antiqua egregie adumbratam dedit Wetſtenius in edit Läertii an. 1698. in 4. a ſe procurata, viſitur ea etiam in Gronov. Graecar antiquit. Tom. I. tab. 35. Quae praeter laudatos ſuperius antiquos ſcriptores, vel Cicero in Tuſcul. Quaeſtion. vel Valerius Maximus, Lib. VII. aut Maximus Tyrius, Diſſertat. XV. et alii de Anacharſide commemorarunt, ea omnia in unam Diſputationem de Anachriſide inſcriptam, et Upsaliae an. 1710. 4. habitam. Celſius congeſſit. Stanleius vero, ſed in primis Bruckerus in Hiſtoria critica Philoſophiae Tom. I Lib. II. cap. XI. §. 5. illa cum delectu, in compendium egregre redacta, exhibuit.

AR-

ARTICVLVS V.

ATZEL (GABRIEL) Pater Thomas Atzél fedato infaufto nouennali tumultu Rakocziano ex Hungaria in Tranfilvaniam commigrauit, ibi primum in Fodinis Kolofienfibus eruti Salis Perceptor, poftea fummi armorum in Principatu Tranfiluaniae Praefecti Commitis de Steinuille (*) in dominio Deuenfi adminiftartor conftitutus eft: hoc munere functus Elifabetham, Filiam Danielis Dîofzegi thori dum fociam adfciuit, ex illius faecunditate Füzefini in Comitatu interioris Szolnok d. 13. Nov. an. 1711. genitus eft hic Gabriel, qui pofteaquam Claudiopoli primum animi cultum arripuifset, vt fapientiae quoque ftudia hauriret, ad altiores Germaniae fcholas fe contulit, anno 1732. ad d. 22. Iul. Rectore Chriftiano Godofr. Hoffmanno, Iur. Profes. in ciuium Vniuerfitatis Reg. Francofurt. cenfum adfcri-

---

(*) Illuftriffimi Commitis huius a *Steinuille* memoriam apud nos quoque fempiretnam conferuauit *Samuel Köleférius*, Debrecinenfis, Medicus in Tranfiluania famigeratiffimus in ea potiffimum Infcriptione, quam in Viam Rubrae Turris prope Cibinium e Tranfiluania in Valachiam juffu publico adornauit:

STA VIATOR
Vbi Natura ftare iubet
et
Virtus aeternae Vrbis ftetit.
Hic
Sub Aufpiciis
CAROLI SEXTI
IMPERATORIS CAESARIS
vere Augufti,
Subacta breui bello fed forti animo

EV-

ſcriptus eſt, heic loci et Halae Saxonum quinque et amplius annos expleuit, Medicinam quoque reliquis Studiis ſuis adjecit: domi ſuae an. 1737. redditus, non niſi rem familiarem in praedio ſuo Füzeſino, quod jure auitico acceperat, tractare coeperat, ſed amicorum expugnatus precibus prodiit in publicum, et anno 1742. exer-

EVGENIO
CAESARIS VICARIO, DVCE
Ripenſi Dacia.
Vt mediae mutuis commerciis jungeretur Alpeſtris:
effractis rupibus,
praecipitiis in planum ductis,
alpibus ponte iunctis;
XI. horarum
Via vehicularis aperta eſt.
Opus egit
STEPHANVS Comes a STEINVILLE,
peregit
Damianus Hugo S. R. I. Comes a Virmondt,
Legati et Praeſides Caeſaris,
Architecto, Friderico Suantio.
Quid prouidentia Auguſti
pro Salute publica
per fidele Miniſterium poſsit?
gratae poſteritati perenne Monimentum!
Iam
Vade proſpere,
et memineris:
Virtuti CAROLI inuiam nullam eſse
Viam
quae, dum alpes euiſcerat et flumina domat
bellum ſiſtit, populoſque montibus nudatos,
imperio froenat, obſequio felices.
VIA CAROLINA haec eſt.

Ex voto, poſuit SENATVI DACICO a Secretis S.K.D.K. Legitur haec in Galleriaquoque di Minerua Riaperta Albrizzii, Venet. anno 1724. 8. pag. 15, cui praemiſſa eſt Michaelis Schendo Med. Doct. Hiſtorico-phyſico-topographica Valachiae Auſtriacae ſubterraneae Deſcriptio, facta Albae Carolinae anno 1720.

xercendae arti femet accinxit (*) et tantam in medendo fubfecuturis XX. annis confecutus nominis celebritatem vt plurimi Nobiles, Magnates illius operam in tuenda fua fanitate certatim expeterent; et biennio faltim ante mortem paffus eft fe induci, aegre tamen, vt in Comitatu quoque interioris Szolnak ordinarii Phyfici Spartam intraret: enectus eft pleuritide Défini

B

(*) Hallenfes Mufas relicturus Nofter, in Litteris teftimonialibus, Vniuerfitatis Sigillo et Ern. Lud. Schultze Actuarii manu ad d. 31. Maji anno 1737. fignatis, quas tenemus, non nifi Candidatus Medicinae adpellatur, nec follenni ritu impetratos Doctoris Medicinae honores in patriam reportauiffe, ciuium quoque fuorum aperto conftat teftimonio: plures quippe inuenti funt numero, nomini eorum et honori parcendum eft, qui ob anguftam rem fuam domefticam nullos titulos, multa plerumque pecunia venales, ab Ordine Medicorum mercarentur: at aetate noftra, fedente felicibus aufpiciis ad clauum reipublicae Hungaricae Magna Maria Therefia, lege cautum eft publica, ne quifquam in pofterum, in reditu ab oris exterorum, artem falutarem intra regni pomoeria exercere audeat, nifi feueriorem Medicorum, auctoritate regia conftitutorum, cenfuram oftenfo Diplomate Vniuerfitatits rite prius fuftinuerit. Qui haec fcribit, fuit omnium primus, cui ita licuit efse felici, vt huic Exc. Confilii Regii Locumten. Pofonienfis jufsui, ad d. 3. Aug. anno 1756. per vniuerfum regnum publicato, vltro paruerit: tale eft obtentum fuper inftituto feueriori illo Examine teftimonium: *Benigniffima Sacratiffimae Caefareo Regiae Majeftatis Refolutione mediante, vt per me infrafcriptum a modo inpofterum omnes Aduenae tam Medici quam Chirurgi artem et profeffionem fuam in Regno Hungariae exercere cupientes examinentur, ac de peracto ipforum examine Litterae teftimoniales praeftentur: cui benigniffimae Refolutioni humillime morem gerens tenore praefentium ego infrafcriptus AA. LL. Philos. et Medicinae Doctor, nec non Sacr. Caef. Regiae Majeftatis in rebus Sanitatis publicis Confiliarius, et Aulae Medicus, fidem Lecturis facio indubiam, Experti*

tiffi-

sini die 16. Apr. an. 1762. conpletis vitae suae semper caelibis annis 50. mensib. 5. dieb. 3. Mortuo Thoma, Patre, Mater Gabrielis viduitatis molestias tolerare nescia, se vitae thorique sociam Med. Doctori, Francisco P. Pápaio juniori, obtulit, ex quo effoetae mulieris coniugio nullos postea prodiisse liberos nouimus.

AR-

tissimum Praestantissimumque Virum Dominum St. W. ex comitatu W. oriundum, Hungarum Helv. Confess. in Academia Vltrajectina die 15. Iul. anno. 1756. vt Doctorale Diploma testatur, in Doctorem Medicinae promotum sub hodierno infrascripto Dato per duas horas continuo examinasse, et varias tam ad Theoriam quam ad praxin pertinentes Quaestiones proposuisse, quas clare soluit, oppositiones bene explicuit, solidamque Medicinae peritiam probauit, in quorum fidem ac testimonium has Litteras testimoniales manu propria subscriptas, et consueto Sigillo meo munitas dedi Posonii ex Museo meo die 28. Apr. 1757.

L. S. *Iosephus Carolus Perbegg de Thaalfeldt m. s.*

Dum in Academia Viadrina Regia *Andreas Paris Pápai* Francisci filius, ad d. 15. Octobr. anno 1732. doctorali inuestiretur purpura; eum *De Vero et necessario Medicorum arcano* differentem hoc Gabr. Atzél prosecutus est hexasticho:

Aurea terrigenis tunc esse Bahusius inquit,
Aurum si pereat secla futura bonis.
Aurea tu medicis dum nomina ficta refellis
Auri, promittis secula jure probis.
Clare igitur Doctor, te cingant aurea semper
In patriae gremio Dona cupita, precor.

ARTICULUS VI.

BACHMEGYEI (*Stephanus Paullus*) In Lib. Regiaque Ciuitate Trenchinienſi nobilibus parentibus ortus eſt, educationem et uberiorem ingenii culturam in patrio ſolo, Poſonii, Rosnauiae, Eperjeſini nactus, apud Vittebergenſes ſed in primis Ienenſes altioribus ſcientiis excultus eſt. Obeundis publicis muniis idoneus redditus dum primum in Incl. Comitatu Gömörienſi prouincialis Phyſici officium per quinquennium geſſiſſet, an. 1720. Ill. Lib. Barone a Petraſch, Legionis deſultoriorum militum Scönbornianae tandem Khevenhillerianae Colonello conſultore Spartam ordinarii Phyſici caſtrenſis intrauit, quam dum in Hungaria mox in Tranſiluania cum laude octennii ſpatio adminiſtraſſet, eminentiſſimi purpurati Principis Emerici e Comitibus Cſáky perſonae et aulae Medici munere per biennium defunctus eſt, nouiſſime vero omnium Ven. Archicapituli Strigonienſis et complurium Sacri ordinis Societatum Tyrnauiae conſtitutarum egit medicum ad ſupremum vsque vitae ſuae diem, quem in annum 1735, incidiſse ex Litteris I. Georg Henrici Krameri M. D. d. 24. Iun. Bruxellis Vratislaviam ad Trewium datis, et in Commercio litter. Norico anno 1735. hebd. 33. pag. 258. publicatis fuimus edocti, qui eum ibidem egregium Medicum, Philoſophum et Mathematicum adpellat. Omnino Matheſi ſublimiori, ſed inprimis veri nominis Alchemia plurimum fuiſſe delectatum; norunt optume, qui eruditiſsimi Viri memori-

am hodiedum recolunt, et hoc plane nobile ſtudii genus eſt, quod ei infelici vltimum peperit exitium, nam dum ignem forte fortuna incautius tractaret chemicum, diſruptis ignis vehementia vaſis vitreis, ita laeſus in media facie, vt ſuperveniente excitatis vulneribus gangraena, vitam hanc mortalium fato ſuo relinquere coactus fuerit miſeram.

OPERA.

1.) *Obſervationes de morbo Cſömör Hungariae endemio*, intertextae Diſsertationi medicae Ioan. Milleteri, Lugd. Bat. anno 1717. 4. editae, quae iterata Lauſan. anno 1760. legitur inter Diſputationes Hallerianas ad Morborum Hiſtor. et curat. facient. Tom. VII. part. II. num. 260.

2) *Obſervationes Annalibus phyſico-medicis Vratislavienſibus interſertae:*

Obervat. 1.) *De efficacia aquae calcis vivae in grauitate et dolore lumborum pedumque.* Tentam. VIII. pag. 468.

Obſ. 2.) *De exorta* per *decoctum Mercurii ſublimati cum aqua, externe applicatum, ſaliuatione.* Ibid. pag. 469.

Obſ. 3.) *De Vuis intra plicas et mucidam ſaburram ventriculi, ſpatio nouem ſeptimanarum haerentibus, et inde orta febre quartana grauioribus ſtipata ſymptomatibus.* Ibid. pag. 593.

Obſ. 4.) *De ſitu vinearum, in quibus generoſiſſimum vinum creſcere conſuevit Tokajianum.* Ten-

Tentam. IX. pag. 330. Vero ſimile non videtur auctori noſtro, quae de vino Tokajiano in anno. 1717. menſ. Octobr. Claſ. III. art. I. §. 1. ab anonymo relata ſunt. Sed Bachmegyeiana quoque dicta in dubium poſtea vocauit Clar. *Samuel Dombi* in Diſſertat, phyſico-chemico-medica de Vino Tokajienſi edit. Vltraj. ano 1758. in 4. creſcere poſſe vina ſuauiſſima in plagisquoque ſeptemtrionalibus obverſis adſerens pag. 18.

Obſ. 5.) *De conſtitutione aëris Roſnauienſis in ſuperiore Hungaria epidemica, anno 1720. menſe Ianuar. obſeruata, et morbis inde pendentibus vna cum adhibita eorundem curatione.*

Obſ. 6.) *De procelloſa quadam menſis Iulii an. 1720. oborta tempeſtate cum pluuiis vehementioribus et continuis fulguribus tonitruumque murmuribus coniuncta* Tentam. XIII. pag. 68.

Obſ. 7.) *De Fulmine, quod anno eodem, die 8. Aug. Roſnauiae decidit eiuſque miris phaenomenis, et effectibus.* Ibid. pag. 201.

Obſ. 8.) *De morbis, anni 1720. et 1721. Roſnauiae in ſuperiore Hungaria occurrentibus.* Tentamine XV. pag. 39.

3.) *In Commercio Litterario Norico anno 1733. hebdom.* XIV. pag. 108. exſtat:

Obſervatio *de ſtatu epidemico Tyrnauienſi anni 1733. catarrhis in primis et febribus anginas et pleuritides mentientibus.*

4.) *Otia Bachmegyeiana, documenta veritatis fidei Romano-Catholicae forma Colloquii familiaris inter Lu-*

 the-

theranum et Catholicum exhibentia. Scriptum hoc Theologici argumenti polemicum, SS. ac indiuiduae Trinitáti dedicatum, sumtibus Rev. Fráncisci Barbacsi, Abbatis B. M. V. de S. Abraham, Canonici Magno-Varadiensis, et Incl. Tab. Reg. judic. Praelati, prodiit Tyrnauiae anno 1733. in 8. alph. 2. pl. 6. in quo Auctor perpetrati sacri sui facinoris rationes prolixe satis exponit, quibus adductus maluerit, spretis Aug. Confess. addictorum ritibus, in gremium Ecclesiae Romano-Catholicae transire, in eo percupiat foueri, atque etiam emori exemplum relicturus Fratri suo potissimum *Ioanni Bachmegyeio* qui *Podagram iuxta genuinam optimamque artis methodum curandam* docuit, edito Erfordiae anno 1726. in 4. plag. $3\frac{1}{4}$ Dissertatione medica honoribus fratris Stephani, a nobis laudati inscripta.

ARTICULUS VII.

BAUSNER (*Sebastianus.*) Antiquissimae est originis Bausnerorum in Transiluania familia, hodiedum multis nominibus florentissima, cui suos debet natales Sebastianus quoque Bausner, AA. LL. Magister, et Med. Doctor, quem Coronae vitam degisse, ibidem medicinam quoque factitasse accepimus. Scripsit is Tractatum *de Peste ejusque curatione*, (*) editum Cibinii

(*) Ex huiusmodi auctorum, qui saeuienti Pesti interfuerunt, scriptis deberet teterrimi morbi huius, qui acu-

nil anno 1550. in 8. et Ioanni Schirmero, Iudici et Senatui Coronenſi nuncupatum. Euoluto integre fere ſeculo vixit in ea Saxonum Prouincia alter quoque *Bauſnerus*, Vir medica ſci-

 en-

acutorum princeps eſt et culmen, adaequata cum tempore a nobis erui hiſtoria, et vera tandem, ſi modo ars noſtra eo poſſet pertingere rite adornari therapia. Pulcra quidem ſunt, quae *Ioan Vitus Balſaratius*, Med. Doctor Hungarus, de Remediis Peſtis prophylacticis publicauit anno 1564. 8. *Dauid Spilenberger*, Leutſchouienſium Poliater, de praeſeruatiuis et curatiuis peſtis remediis, Teutonico ſermone. Leutſchov. anno 1612. in. 4. *Matth. Tzanaki* Georgii Rákóczii Principis Archiater, anno 1634. 8. *Thom. Iordanus* Peſtis Phoenomena. Francof. anno 1576, 8. *Ioan. Ieſſenius* Conſilium aduerſus Peſtem. Gieſsae anno 1614. 12. *Paullus Malus*, Rector Modrenſis, Tractatum, de Peſte, anno ſeD LIbera nos a MaLo. *Ioan Weber* Amuletum Peſtis, vernaculo ſermone, Bartfae anno 1645. 12. *Anonymus quidam*, Vtiliſſimam cautelam tempore Peſtis, in vſu Excelſi Gubernii regii Hungarici expenſis Incl. Camerae Hungar. Poſon. edit. Tyrnav. anno 1680. 4, *Sam. Köleséri* Scrutinium Peſtis Dacicae et curam. Cibin. anno 1707. in 12. Idem monita antiloimica. Cloudiop. anno. 1719. 12. Recuſ. Hungarice ibid, anno 1738. 12. *Ioan. Otto Moller* Conſilium medicum de curanda Peſte anno 1710, quod *Dan. Perlitzi* in idioma Hungaricum transfudit. Budae anno 1740. 4. *Laurent. Stocker* Scutum Peſtis Hungaricae annorum 1709. et 1710. Vien. anno 1711. 8. *David Madai Richteri* Tractatum de Peſte Germanice ſcriptum anno 1710. Hungarice reddidit Halae Magdeb. 1739. 8. *Ioan. Milletes* de Cura Peſtis Germanico ſermone Leutſcov. anno 1739. 4. *Dan. Fiſcher* Conſilium Peſtilentiae. Lipſ. anno 1740. 8. *Georg. Nagy.*, Iaurinenſis, Diſſertat. de Peſte Ien. anno 1740. 4. *Car. Wilh. Sailer* de natura et cura Peſtis, Hungarico idiomate. Sempron. abſque mentione anni in 8. *Valent. Seredi* diſſert. de Peſte. Vien. anno 1762. 8. *Georg. Buzinkai*, et *David Gömöri*, ille Debrecinenſium, hic Iaurinenſium Phyſicus, vterque anno 1739. lingua vernacula ſuos de curanda Peſte, hic Iaurinenſibus, ille Debrecinenſibus typis vulgarunt: at nemo horum Patriae Medico-
rum

entia inclutus, Martini, Aug. Confeſs. Miniſtri Filius, qui *Bartholomaei* nomen anno 1629. in ſacro Baptiſmatis fonte accepit. Poſtea quum domi foriſque, inter Batauos potiſſimum, animum litteris optume excoluiſſet, creatus quoque eſt

rum, vt ſcripta teſtantur, ſuam curandae Luis peſtiferae methodum captis a ſe, in modum Diemerbroeckii, obſeruationibus ſuperſtruxit, eamque illis firmauit, quandoquidem nulla iis grafsantis contagionis tempore cum infectis familiaris interceſſit conuerſatio; Si Vnum excipias *Paullum Spindlerum*, Poſonienſem, cum ſcholiaſte ſuo *Raygero*, in Centuria Obſeruationum Medicinalium pag. 67. Seqq. Obſeruata in Peſte Poſonienſi anno 1644. et alterum, *Adamum Chenot*, regium in Tranſiluania Phyſicum, ab Anton. de Hain in Ratione med. Tom, XIV. et in Comment. Lipſ. de Reb. in Scient. nat. et med. geſt. Tom. XVI. laudatum, qui *Tractatum de Peſte*, cui interfuit, anno 1766. in 8. typis edidit Vindobonenſibus: niſi eaquoque hic addideris, quae *Antonius Loigk*, Medicus caſtrenſis Caeſareus, et in Regno Hungariae vniverſae militiae Phyſicus, de Io. *Chriſtophoro Ausfeld* Szegedienſi; *Laurentio Stockero*, Budenſi; *Minzenvieder*, Quinque Eccleſienſi; *Stehrio* Tranſiluanienſi; et de *Seipſo*, tamquam Medicis Loimicis interſperſit in *Hiſtoria Peſtis*, quae ab Anno 1708. ad 1713. Tranſiluaniam, Hungariam etc. depopulabatur edita Styrae anno 1716. in 8. alph. 1. plag. 8. in cujus exordio catalogus adtextus eſt Medicinae Doctorum ex eo contagio in Hungaria defunctorum, quales fuere: Gollaſch, Neipers, Schnitzenbaum, Mair, Kunioth, Moritz, Schober, alii. Vtinam quantocius eaquoque nobis Publice legere liceret, quae *Chriſtianus Paecken*, Hungarus Roſnauienſis, cui Patria locum negauit, nunc in Aula Ruſſorum Imperatricis Medicus de Peſte in Prouincia Smolenſkia haud ita pridem oborta, quo peculiari Auguſtae mandato fuerat exmiſſus, ex propriis collegit obſeruationibus: ita laeto ad ſtuporem euentu illam ſe experientiſſimus Nationis noſtrae Medicus compeſcuiſſe perhibet in Litteris Petropoli die 12. Dec. ſt. vet. anno 1775. humaniſſima ad me exaratis, *vt nullus locus fuerit, in quo malum hoc eruperit, in quo plures vna vel duabus domibus deuaſtauerit.*

eſt nouiſſime Ecclefs. Aug. Confeſſ. in Tranſiluania ſequentium Supperattendens anno. 1679. ita referente Cl. Martino Schmeizelio in diſſert. Epiſtol. de ſtatu Eccleſiarum Lutheran. in Tranſilu. Ien. anno 1722. in 4. edit. Cap. V. pag. 87. Anno 1682. Kal. Iul. viuentium numero exemtum eſſe idem celebris ibidem adſerit Patriae Hiſtoricus. *Filium homonymum*, quem a morte ſuperſtitem reliquerat, *Lotionem manuum Diſquiſitione hiſtorica ad factum Pontii Pilati recenſitam.* Vitteb. anno 1689. in 4. Eruditorum examini ſubjeciſſe legimus.

OPERA BARTHOLOMAEI.

1.) Diſputat. *De Cordis humani actionibus.* Lugd. Batav. anno 1654. in 4.

2.) *Exercitationum Methaphyſicarum Quinta, quae eſt tertia de Methaphyſicae definitione.* Lugd. Bat. anno 1654. in 4.

3.) *De conſenſu partium corporis humani, in quibus ea omnia, quae ad quamque actionem quoquo modo in homine concurrunt, recenſentur, actionum modus et conſenſus ratio explicatur, et uniuerſa hominis oeconomia traditur. libri III.* Amſtelod. anno 1656. 8. Plag. 12. c. fig. aen. De libro hoc, Adriani *Heerebord*, Philoſoph. in Academia Lugd. Bataua Profeſſoris, tale in eodem Libro exſtat judicium, *Eruditiſſime Bausnere! quos mihi legendos exhibuiſti de conſenſu partium humani corporis Libros tres a te adornatos, et confectos, eos ſumma animi voluptate legi, deprehendi in iis ſingularem ingenii tui in-*

duſtriam et doctrinam in re Medica tuam non vulgarem. Equidem omnino auctor ſum, vt quam primum luci exponas publicae praeclarum hunc eruditionis tuae foetum etc. cum adjecta ſequenti ſuperſcriptione: *Probitate, eruditione praeſtantiſſimo Viro, Bartholomaeo Bauſnero, Theologiae Philoſophiae et Medicinae peritiſſimo.*

ARTICULUS VIII.

BERETZK vel BRICCIVS de *Viz-akna* (*Georgius.*) Honeſtis vitae ſuae interuſurium auſpicatus eſt natalibus, Patrem quippe indeptus eſt virum generoſum non minus ſanguine, quam bellicis ſtratagematibus exercitatiſſimum Georgium Beretzk ſub ſereniſſimo Tranſiluaniae Principe Michaele Apafio I. inſigni cum laude ſtipendia merentem, Matrem vero Catharinam Sibai Feminam virtutibus ſexui ſuo congruis egregie dotatam. Integris moribus imbuendus, et litterarum humanitate erudiendus prouida parentum cura mature Ill. Collegio Reformat. Academico Enyedienſi traditus, mox Studioſorum togatorum Albo inſeritur, et ſub doctiſsimorum illius temporis Profeſſorum manuductione, Martino Déſi, fido ſacrarum litterarum interprete in Theologicis, et Franciſco P. Pápai celeberrimo litteratore et Med. Doct. in philoſophicis, philologicis, hiſtoricis immo et Medicis, ita excolitur, vt Excellentiſs. Comes Georgius Bánfi de Loſsontz, Regni Tranſiluaniae Gubernator dignum judicarit, quem augendorum ſtudiorum gratia anni 1693. menſe-

ſe Auguſto in exteras oras liberali prius adiutum munificentia dimitteret, Francofurti ad Oderam Lugd. Batauorum, Vltraiecti, Franequerae addiſcendo ſtudio medico proprius animum adplicuit, et anno 1695. 25. Sept. per Cl. Petrum Latane in Doctorem medicinae Franequerae promoueretur. Omnibus quae medicum ornare poterant neceſsariis dotibus inſtructus, labente anno 1698. Patriae incolumis redditus, feliciter praxin medicam Claudiopoli auſpicatus eſt, hoc loco lectiſſimam virginem Iuditham, nobiliſſimi Viri Georgii Soproni filiam felici matrimonii foedere ſibi adiunxit, quae eum quatuor poſtea liberorum patrem fecerat, horum non niſi duo a morte ſuperſtites Alexander et Clara vixerunt. Municipalis iuris patrii cognitione id quoque meruit, vt anno 1703. d. 18. Febr. in ordinem Senatorium adlegeretur, et mox Iudicis regii munus in ciuitate ei deferretur an. 1712. an. vero 1715. Iudex primarius omnium ſuffragiis proclamaretur, poſtremis decem vitae ſuae annis Conuentus B. V. M. de Kolos-Monoſtra Requiſitor fuit. Variis expeditionibus bellicis implicitus multa perpeſſus eſt, non modo Rei monetariae a ſeditioſo Pincipe Claudiopoli praefectus, ſed etiam in exercitu tumultuantium Proto-medici caſtrenſis munere defunctus, et poëta ſui temporis in Dacia fuit longe feliciſſimus (*)

Len-

(*) Facilitatem in pangendo Latino non minus quam Hungarico carmine pluribus demonſtratum dedit Specimi-

Lenta tabe exhauſtus, anno 1720. menſe Aug. quum aetas eius ad quinquaginta duorum anno-

rum

ciminibus, vnicam dumtaxat medici argumenti hic adferre liceat Elegiam vernaculo ſermone de magna *Arteria Aorta* cum ſuis ramis per vniuerſum corpus humanum diffuſis, hunc in modum ſolis hexametris expreſſam:

A' nagy Aortának elſöbb Ága, mely ki jö tölle,
A' Szivet abrontſal nagy Szépen meg-koronázza,
Oſztán két réſzekre haſad törſökje ez Ernek,
Edgyik lefelé tart, a' Trachea fellyül, a' máſik
Két ágat kibotſátt, ezeket hivd ſubçlaviáknak,
Iſmét ezek kettöt botſátnak a' nyak tsigulyára
Mellyet megfurván mind ketten tartnak az Agyra.
Ez két Erek kivül lépvén a' Mely üregébül,
Axillareſnek hivjad, ne ſubclaviaknak
Itt mivel a' válnak 's karnak inai közé folynak.
A' két Carotis úgyan ez tökéböl omol ki.
Melly a' nyeldeklön a' Fökaponyára megyen ki.
A' lemenö Törsök van kötve az Oeſophagushoz,
Melly által menvén darabonként a' diaphragmán
Sok dib 's dáb ágait a' Haspotrokra botsáttya,
A' Coeliaca köſzönti az ágyék elſö gerentzet,
Az hová ſzolgálnak csemetéi ez Elet-érnek,
Onnan ö nekiek adatott nevezettel-is élnek
Gaſtrica jobb és bal gaſtro-epiploica-is itt van.
Cyſtica 's Hepatica kettö, edgy a' Splenica Lépen,
A' Meſenterica 's intercoſtalis ezen-kül.
Ez lemenö Törſök tovább menvén az Agyékon,
Két nagy Agra ki haſad, nevezd öket Iliacoſnak.
Innen az Arteria ſacra megyen ezen nevü cſontra,
Az Iliacuſokat két két Ag megvékonyittya,
Mellyekböl kimenö réſzeket láss a' Lábaidban
A' Venák rendel ezeken feküſznek a' Teſtben.

Ex adducto hoc Specimine oppido liquet linguam Hungaricam tractando Medicinae quoque ſtudio eſſe quam maxime accomodatam, vt id pluribus libris vernaculo ſermone vulgatis pridem iam euictum eſt: omnes tamen ſermonis Hurgarici elegantia et puritate vt nobis videtur, ſuperare cenſendus eſt Köleſ-érius noſter, Medicus Tranſiluaniae editis ſcriptis plurimis notisſimus, qui morbos humani corporis in Faſtis Tranſiluaniae annis 1723. et ſequentibus ad Leges artis reuocauit. Quia eiusmodi Kalendaria pridem diſparuerunt,

com-

rum faſtigium adſcendiſset, mortalium numero exemtus eſt. Vitae curriculum typis Claudia-cis

commentationem de morbis chronicis anno 1728. publicatam vnice referam: A' hirtelen fogó nyavalyák után, mellyek a' Doktoroknak ſietö orvaſláſokat kivánnyák, vagy a' terméſzet áltál-is gyakran gyógyúlhatók, láſſunk már a' hoſzſzas ſinlö betegſégekröl, mellyekben az orvos Doktorok valóban megkivántatnak.

I.) A' ſinlö betegſégek eſnek többnyire a' belſö réſzeknek és a' nedveſségek ki takararodáſára rendeltetett utaknak megduguláſoktól, és ha azoknak kitakaritatáſok meggátoltatik, igen megveſznek 's tiſztátalanok leſznek a' nedveſségek, honnan Béli-büſzhödtſég, Vér-rothadás (*Scorbutus*) melly ſok nyavalyákat ſzül, Viz-kórſág, arena, fulladozás, negyed napi hideg 's a't. ſzármaznak, föt az ollyan rút megrothadáſok fene-fekéllyeket-is okoznak: 's addig kell azért bánni az illy nyavalyákkal, mig ez és az orvoſság között *proportio* van, 's idejében, itt a' lankadó terméſzet munkájára azt hijjába bizván.

II.) A' ſinlö betegſéget kell hát orvoſolni az által a' mozdúlás által, melly az Elet és az egéſség ſzerzö oka, a' melly ſzerint a' Teſtben lêvö minden öblös réſzekben, tſüvekben, és erekben a' vér és a' ned veſségek ſzabadon follyanak, viſzſza follyanak, és a' ſzemetek kitakarittaſsanak, a' teſtböl.

III.) Minthogy pedig a' ſinlö nyavalyák a' megrekedéſtöl (*Obſtructio*) ſzármaznak, azt kell mindenfelé megſzabaditani, és a' nyálos meg veſzett nedveſségeket magok uttyokon kitakaritani; melly tsak ugy lehet, ha az folyhatóvá és mozgóvà tétethetik. Ez-is ám a' fövebb dolog a' ſinlödés orvosláſábàn! legjobbak itt a' Bánya ferödö, ſavanyú-viz, orvoſsàgos viz, holmi jó fúvekre forró vizet tôltvén, fözés nélkül való öſzve öntéſe a' materialéknak 's ſzereknek, jó fött vizek, enyhittök, jól kéſzült fe. redök, és mind azok, mellyek oſzlató orvoſsá. gok, és ki nyitó erejüek: föt mig a' meg fenek-lett *materia* fel nem ázik 's higul; minden purgáló, vizelleten tiſztitó, izzaſztó, ſürü nyálat oſzlató 's egyéb efféle orvosláſok veſzedeſmeſek.

IV.) Ha pedig a' nyavalya kezdetin valamit inditani kell, a' merre kivánkozik, ott kell illendö-képpen ta-

cis impressum exhibet Charta funebralis, parietibus templi cathedralis, quod in platea Farkas

takaritani: és ugyan akkor ha mit mozditani illendö, ahoz kell látni. De mikor a' nyavalya nagy erejében van, békét kell hagnyi; hasonlólag mikor a' természet nagy megindulása 's motusa miatt nyavalyabéli eröltetések, belsö részek megsebesülései, dagadási, vagy sugorodási következnek, nem kell azt orvossággal gyujtani, mert gonosz szorulást, 's egyéb veszedelmet szül: akkor inkáb várakozni kell, vagy tsak keveset munkálódni, és a' néki busuit mozdulásokat letsendesiteni, és az erös szomjuságokat enyhiteni: ekkor akár mi busult nyavalyákban jó a' higitó materiák (*diluentia*) mértekletesség, nedvesitök, tsendessen izzasztók, szomjuságot enyhitö tisztált salitromos Italok.

V.) A' hirtelen fogó nyavalyákhoz mindgyárt kezdetiben kell látni, a' mint erröl irtunk vala az elmult esztendöben, itt-is a' megfeneklett vagy eláradott nedvességet ki mozditván, avagy eloszlatván, a' megszorultakat meg nyitván, a' rágó és égetöket megmérsékelvén, és a' megveszett *materiakat* megjobbitván; egyebekben és a' sinlökben a' sebes és gyors mozdulásnak és a' hirtelen szorongattatásoknak szüntetések után kell lenni, a' mint kivántatik, és ha a' *materia* készült a' ki folyásra, azt ki tisztitani, mert már akkor könyü vele bánni.

VI.) A' nedvességek kitakaritásában meg kell mindenkor tartani, hogy ilendö uttyokon legyenek azok, úgy mint: az enyves, nyálos 's nyúlós nedvességeket, mint a' nedves Hurutban, aszszonyi némely nyavalyákban és egyebekben van; jó engedelmes purgatioval: a' böv sáros nedvességeket a' viz-kórságban, és a' megveszett rút sárga szinüekben, vagy a' vizelleten, vagy alól gyenge purgálóval kell ki tisztitani: ártalmasok itt az izzasztók. A' Hypochondriakusokban, kikben sok nyersesség, szavanyusággal elegyes fekete sáros nedvességek vagynak, a' gyomor szorulása, máj és lép meg dugulása miatt a' Szél az agy velöt háborgatván, szomoruak, félelmesek, gondolkodók, gyanakodók 's a't. ez nyavalyát a' vizelleten és izzasztóval hijjában probállyák; hanem ahoz illendö Laxativummal kel élni. A' böv fekete-sárral elegyitett nedvességetis, melly a' harag miatt gyül nem jó izzasztóval, vagy fellyül hánytatóval; hanem alól gyengén purgálóval kell ki takaritni; mert itt az izzasz-

kas nuncupata ſitum eſt, adpenſa, hoc ornata eſt titulo: *Forum Lamenti, in quo Georgius* Bric-

zaſztók, a' gonoſz hévſég miatt a' belſö-réſz öſzve vónulván, reſzketegſéget okoznak. Továbbá mikor a' bêlben gyült Seprölékek igen el-àradtak, veſzedelmes akkor az okádtató, és Izzaſztó: ha pedig a' kitakarodásra való ſavós, vékony, rágó nedveſéget alól purgállyák; az is veſzedelmes.

VII.) Mikor pedig a' terméſzet valamely nedveſséget a' maga rendes uttyán meginditott, azt nem kell edgy ideig meg-állatni, gátolni avagy viſzſza verni: mert nagy veſzedelmet hoz ſok betegſégben afféle ſzoritó, viſzſza-verö, vagy hiveſſitö; mint a' Köſzvényben, rühben, himlöben, otbántzban, has-menésben, régi fekélyekben, enyves ſolytogató náthában 's a't. A' has-menésben ugyan tapaſztalhatni, hogy elégſéges folyáſa után vér-hás nekövetkezzék, kivált igen nedves és heves idöben.

VIII.) Utollyára ha a' betegſég jeleiböl bizonyoſon megesmérhetni, hogy jóra vagy roſzra válik-el a' dolog, nem kell ott ſemmi orvoslàs. A' jól orvoslónak pedig, ki e' Tractátska nélkül nem ſzükölködik, tudni 's visgálni kell mind az ember életét, egéſségét, teſte állapattyát, nyavalyáinak okait 's a't. ès ugy tehet valami itéletet a' beteg àllapattyàról, és ugy találhattya fel az orvoslás jó módgyát-is,

Eddig a' ſinlö betegſég orvoslàſa modjáról röviden. De minthogy azok-is haſonló gyenge terméſzetüek, mint a' Kisdedek, Vének, dologtalanok, az igen tanúlók, aſzſzonyi rend, akarmi betegeſek, és ſok búval 's gondal élök 's a't. a' mértékletes eledelekben és gyenge orvosláſokban kereſſenek inkább egéſséget mint az eröſsekben. Mind ezek azon légyenek, hogy a' gyenge gyomrot a' jóleméſztéſre elkéſzitheſſék, hogy igy a' vér ſzabados jó mozgáſát követheſſe. Azt ſegitik; ha ök bövebben aluſznak; étel elött a' testet mértékletes gyakorláſſal, ſétáláſſal, vagy énekeldegeléſsel 's a't. ujjityák, és nem ſokat eſznek. Igen árt ezeknek az etzetes ugy a' kemény, ſzelet ſzerzö, ſós és édes eledelek, mint az ejtſzaki-ſzélis, és mindenben a' mértékletlenſég. Az igen tanúlók étel közben ne elmélkedjenek, oſztán ſétállyanak; mert a' veſztég-ülés árt, kivált ha étel után mindgyárt igen tanúlnak, durva eledelekkel élnek, és ha keveſet aluſznak. A' véneknek árt a' tejes, ſajt,

Briccius Vizaknai, Medicinae Doctor Practicus, Conuentus B. M. V. de Kolos-monoſtra alter Requiſitor, Lib. Regiaeque Ciuitatis Claudiopolitanae abhinc quinque retro annis Judex primarius, et, dum viueret, Senator lugendus exponitur.

OPERA.

1,) Diſput. med. praeſ. Petro Latane. *De Peripneumonia.* Franeq. anno 1695. 4. pl. 3.
2.) Diſſert. in aug. med. ſine praeſ. ſub Re-
ctore

ſajt, ſok hús étel, kivàlt bőv vacsora, ſavanyú italok, és ſzoritók 's a't. jók a' gyümöltsböl készültek, héjàs, kerti vetemények, hal némüek, 's mellyek kevés nedveſséget adnak, ér-vàgás, mint a' teſtet-is vakargatàs àltal ujjitni 's melegben lenni. Sàllya, Méhfü Czitrom-héj, és Fa-héj, Kàvé hellyett a' Véneknek finum. A' jól eméſztéſt igen ſegitik a' füſzer-ſzàmoſok; reggel kàvé vagy veronika, mosott-ſàlya, méh-fü ànis vagy kömény-mag jó féle fenyö-mag Kàvé hellyett: a' herba-thee ebéd-utàn négy órával: ezeket mind nàd-mézzel, vagy tiſztàlt mézzel, vàgy édes gyökérrel vagy a'köz-rend aſzſzuſzilvàval készitheti; föt ezeknek ſeprejekre hideg vizet töltvén, idö-közben, ihattya a' gyenge terméſzetü hidegen: Szomjuſágtól Bor hellyett-is mint egy fött vizet, a' moſt elhatalmazott Torha avagy roſz nedveſség lefolyàſàban-is (*Rheuma*) melly làb-dagadáſt hoz, azon italok haſznoſok fött viz helyett-is méz nélkül hidegen. Tovàbbà ködös, dögös nehéz idöben éhomra nem lenne jó valami fü-ſzer-ſzámat ràgogatni, vagy reggeli italkàval (dohánnyal, tabàkkal) élni 's a't. ugy a' Házat ürömmel, fenyö-maggal, tömjénnel, ſzurokkal füstölni kivált éjjelre haſznos. Ismét a' Kisdedeken most uralkodó Hurutokban-is ama meleg italok (*Infuſiók*) édeſen jók, a' füſtöléſek, ſavanyuk eltávoztatáſa, confectek 's a't. Fö-orvoslás a' Hurut vagy nàtha lefolyàs ellen a' gyakor orra kifuvàſa. Böltſen tſelekſzik hát az anyák, kik kitſinnyeiket az órnak ki fuvàſára ſzoktattyàk, mert a' nedveſſég oda ſzokván elfogódik, a' torokról, mellyröl kivált éjjelre nézve 's a't. Bizony ſok emberek azért betegeſek, hogy ugy nem ſzokvàn felhorkantyák 's letsepegnek 's a't.

ctore Ioan. van der Wayen. *De colica Paſſione* Franeq. anno. 1695. 4. plag. 2.

3.) *Diarium Rerum ſui temporis MSCtum.* In hoc non modo peregrinationis ſuae ad exteros ſuſceptae fata, ſed deteſtandi in primis inteſtini diſsidii nouennalis Hiſtoriam fideliſſime contexuit, plerisque enim tumultuantium Belli Ducum conſultationibus, rebusque geſtis interfuit: vnde procliue eſt colligere, quantam haec illis foenerarentur lucem, quae de temporum illorum infelicitate ſaepius ad nauſeam uſque relata ſunt, ſi typorum beneficio, vt meruerunt, publicarentur.

ARTICULUS IX.

Branche. De hoc ſeculi XV. Doctore Medicinae id vnice poſteritatis memoriae traditum accepimus, quod fuerit Aulae Medicus Petri Várdai, Archiepiſcopi Colocſenſis, qui a Matthia Coruino, Rege, ob linguae audaciam, teſte Bonfinio Decad. IV. Lib. VI. in carceres Aruenſes detruſus, et non niſi poſt Sexennium a Ioanne regio Principe liberatus eſt. Dum notiſſimus ille Hercules Hungaricus, Paulus Kiniſius grauiore inſultu apoplectico tentaretur; noſtrum hunc Medicinae Doctorem Petrus, Archipraeſul indicatus, ad mitigandam morbi ferociam, Temeſuariam exmiſit: ita haec idem Archi-Myſta Colocſenſis in ſuis ad Abbatem Petrouaradienſem anno 1492. exaratis refert litteris, quarum initium dumtaxat et finem

ob chartarum anguſtiam licebit hic adponere: *Venerabili Domino Vincentio de Pyſtatiis Gubernatori Abbatiae Petri-Varadini, et ſanctiſſimi Domini noſtri Cubiculario, amico noſtro dilecto Petrus Archiepiſcopus Colocſenſis. Venerabilis Amice noſter dilecte. Pro inquiſitione Turcorum, quos nobis Reginalis Majeſtas aufugiſſe ſcripſit, omnem diligentiam adhibebimus, ſtatim enim omnibus noſtris Caſtellanis ſtrictiſſime etc.* Poſteaquam multis verbis acerbe queſtus eſt homines ſuos ad viſitandam Dioeceſin exmiſſos, ad oppidum Kamenecz, iuſſu Abbatis ignominia adfectos, immo crudeliter ad modum hoſtium barbarorum fuiſſe verbis verberibusque male mulctatos, hunc in modum claudit Epiſtolam: *De vinis autem ceteriſque, quae ſcribitis nobis, expectamus reditum Doctoris Branche, quem ad Paullum Kiniſium curandum rogati miſimus, qui quam primum redierit, curabimus in primis honori ſanctiſſimi Domini noſtri in omnibus reſpondere, et etiam Veſtrae Humanitati, dum modo operam Veſtram, ſicut ſaepe ſcribitis, nobis cum effectu ad eſſe ſentiamus fore non ingratos. Ex Zatha, Caſtello S. Paulli MCDXCII.* Litterae hae ex Sylloge Epiſtolarum Mſctarum Petri Várdai, Archi-Epiſcopi, depromtae ſunt, quam S. Székely de Doba, emeritus Incl. Legionis Eſzterhazianae Centurio Eperieſini adſeruat.

AR-

ARTICULUS X.

Buchholtz (*Georgius*) Cibinio Saarosienfis, patre huius nominis ciue et negotiatore prouido, matre autem honesta Iuditha Müllerin, 1. Maji anno 1643. in hanc mundi lucem editus, eo progressus est diligentia et praeceptorum industria in Schola patria, vt adolescens admodum Vittebergam ad audiendum Calouium et Deutschmannum sese contulerit, inde redux idoneus repertus, ut anno. 1665. Olaszini Collegae munia susciperet, mox tamen ad continuanda studia, Spartae, quam vltro nactus erat, honeste valedicendo, Schemnitzium transiuit, ibi praeside M. Casp. Schönio de Theologiae principio disputando meruit, qui inter collegas Scholae anno 1669. reciperetur. Hinc anno sequente ad Rectoratum Scholae Dopschensis translatus, et mox inualescente eiusdem in docendo, dicendo, scribendoue habilitate, Georgio-Montani in Rectorem suum anno 1671. delegerunt, quo officio ad duram vsque captiuitatem Lublouiensem anno 1675. perpessam, maxima cum commendatione defunctus est, mox in exsilium actum vitae integritas, ad Batis-faluensem ecclesiam in Verbi Dei Ministrum anno 1682. reduxit, quam quinquennio docuit, tandem anno 1688. pulsum Kesmarkinum in sinum suum recepit, vbi sacra ad an. 1705. vsque cum industria administrauit, quo stationem hanc cum parochia Lomnicensi permutauit, constitutusque

eſt Fraternit. XXIV. Regalium Senior: hoc loco anno 1724. die 28. Ian. vitam finiuit major octuagenario, per totum vitae decurſum adeo proſpera fruitus valetudine, ſi ſola ſenectutis excipias incommoda, vt ne dentium quidem dolores vnquam ſenſiſſe perhibeatur. Adeo celebris fuit calligraphus, vt in ipſa quoque aetate prouectiore orationem Dominicam in chartula inſtar denarii argentei nitidis characteribus deſcribere ſcite potuerit, in oratione ligata magnas quaeſiuit delitias, in vtraque Muſica vocali et inſtrumentali excelluit, in indagandis Naturae myſteriis plurimum impendit operae, dum potiſſimum duriſſima quoque hyeme non vice ſimplice pro iniquitate illorum temporum in Montibus Carpaticis abſque igne, ne fumo proderetur, morari cogeretur. Duxit Noſter hic in matrimonium filiam *Chriſtiani ab Hortis*, *Eliſabetham*, viduam *Nicolai Lehotzky*, quae ei anno 1688. die 3. Nov. peperit filium cognominem *Georgium Buchholtzium* iuniorem, virum commercio cum eruditis habito notiſſimum, et indefeſſum rerum naturalium collectorem, noſtra quoque commemoratione hic ob id digniſſimum. Qui abſolutis in patria ſtudiis inferioribus, ad Academiam Gryphiswaldenſem commigrauit, vnde redux anno 1721. ludo litterario Nagy-Palugyenſi praeeſſe cepit; poſt mortem vero Georgii Bohuss anno 1723. die 14. Apr. in officio Rectoris Keſmarkienſis huic ſucceſſit, et dum decantatiſſimi ſuo tempore ſcholarchae nomen indipiſceretur, anno 1737. die 3. Aug.

Aug. vitam posuit. Excellens fuit conquisitor et indagator rerum petrificatarum, mineralium, et aliarum curiositatum, quae in montibus, fluminibus in Hungaria passim absconditae reperiuntur. Musaeum numismatibus omnis generis instructissimum, quod possedit, vna cum reliqua amplissima et pretiosissima rerum naturalium supellectili ab haerede Filio Paullo Buchholtzio partim extraneis, partim Casparo Kubinyo viro Patriae Nobilissimo, pecunia divenditum est. Verbo duntaxat iuuabit forte meminisse, posteros Buchholtzii Senioris, vtpote Filium quoque natu minorem, Iacobum, et huius Filium Georgium, etsi essent arti mechanicae dediti acicularii, homines litteris minus tincti, singulari quodam instinctu in studium historiae naturalis propendisse, quod certo eoque publico euinci potest documento. (*)

 OPE-

(*) Augustissimum gloriosae reminiscentiae Roman. Imperatorem, Franciscum I. quem hoc studii genere plurimum delectatum fuisse probe nouimus, Iacobum et Georgium Buchholtzios, insigni numorum aureorum pondere liberalissime donasse, ex viris fide dignis intelleximus, dum diligentissimi hi rerum naturalium collectores, varios lapillos, mineras omnis generis, et quaeuis naturae pretiosa, in montibus Carpaticis, et vniuerso Hungariae et Transiluaniae ambitu collecta, Serenissimo illi Historiae naturalis cultorum Principi anno 1754. obtulissent. Placet Litteras liberi commeatus Buchholtziis munifici hujus Studiorum, Altoris jussu impertitas hoc loco repetere: *Cum praesentium Exhibitores Iacobus Iohannes, et Georgius Buchholtz, ciues in Kesmark, et Matthias Fabritius ex Monte S. Georgii, Hungariam et Transiluaniam versus, ad naturalia et pretiosa quaedam pro seruitio Sacrae Caesareae Majestatis quaerenda* *se*

OPERA.

1.) *Sufpiria quaedam per Georgium Buchholtz, in Kesmark Germanorum & Slauorum diaconum concinnata ab an. 1688. vfque ad anum 1705.* quae tempore peftis an. 1710. graffantis verfibus Latinis expreffa funt. Proftant in fcriniis haeredum varia Carminum genera, quibus Eum inter poëtas fui temporis non poftremum occupauiffe fubfellium facile euincitur.

2.) *Diarium Buchholtzianum* innumeris rerum in primis naturalium obferuationibus refertum, quod Eperjeffini doctis Székelyianis teritur manibus. In Chronico hoc fui temporis Mfcpto primas pro inftituti noftri ratione occupat partes *Iter in Montes Carpaticos*, quod ille anno 1664. Naturae myfteria indagaturus, fufcepit, fufe defcripfit, et haud ita pridem Vir admodum Rev. ac eruditiffimus Samuel ab Hortis in Ephemeridibus Vindobonenfibus cum publico communicauit, et idem in Partic. vj. an. 1774. contra Danielem Fifcherum clare euicit Balfami Carpatici f. Hun-

fe conferre in commisfis habeant, Eisque altefata Caefarea Majeftas Dominus nofter clementiffimus tutum et fecurum iter obtingere cupiat. Hinc omnes et fingulos benevole clementerque requirit, vt praedictos Jacobum et Johannem Georgium Buchholtz, et Matthiam Fabritium, vbique tuto ire finant, et nec vlla ipfos molestia, impedimento vel injuria afficiant, aut a quoquam affici permittant, quin potius iter hoc eorum tam eundo, quam redeundo neceffariis mediis juvent. In cujus rei fidem praefentes hae Litterae Sigilli Caefarei impreffione munitae funt. Viennae die 1. *Aug. anno* 1752. *Ex Cancelaria fuae S. C. M. Intima.*

Hungarici ex Libano inuentionis gloriam non Chriſtiano Auguſtini ab Hortis, ſed Georgio Buchholtzio conſultori deberi, quippe qui Caſpari Donati, Balſamum Carpaticum ſ. Hungaricum e Ligno curuo ſ. frutice Carpatica, pino pumila tunc deſtillantis, opera primus omnium an. 1664. poſt Chriſtiani ab Hortis an. 1650. defuncti mortem Balſamum Hungaricum ex Libano, arbore Carpatica Limbaum, deſtillari iuſſit: adeoque Oleum ſ. Balſamus Hungaricus, ſ. Carpaticus ex Ligno curuo deſtillari ſolitus diuerſus eſt ab Oleo ſ. Balſamo Hungarico ſ. Carpatico Libani, diuerſoſque prorſus agnoſcit inuentionis et deſtilationis auctores; quia illud repetitis vicibus publicatum, vt alibi monui, paſſim legitur, heic loci nos Balſamum Libani Hungaricum infra adſcribemus, prout dictum diarium Mſcptum bona fide nobis ſuppeditauit. (*) Verum vt id ingenue fatear, tantam eſſe Medicorum noſtrorum in

 hac

(*) *Ex Mſcto Buchholtziano de Oleo Libani ſ. Limbae exſcripta ita leguntur: Materia, ex qua Oleum Libani ſ. Limbae ad modum Balſami Hungarici deſtillatur, eſt arbor procera, et craſsa, fructifera, ſemper virens, folia maiora ligno tortuoſo habens, in Carpato infra lignum curuum creſcens, et quidem talis craſsitiei, vt boni aſſeres, latitudine fere vlnae vnius polonicae ex ea fieri poſſint. Lignum hoc intrinſecus album, non valde durum, ſuauis tamen odoris, et durabile, quod putredine non tam facile conſumitur, neque tineis aut aliis vermibus, vel inſectis arroditur: proinde menſae et lectuli ex huius generis aſseribus fabricati diu durant, ciſtae itidem* eius-

hac re haesitationem, ut quid credere oporteat, ipse nesciam. Id omnibus est quam notissimum, Oleum Libani s. Limbae ab ho-

ejusmodi vestes bene conservant, easque a blattis aliisque vermibus praeseruant, theca libraria e ligno tali exstructa tineas arcet, vt libri indemnes consistant. Arbor haec profert strobilos, seu glandes crassiores et rotundiores veluti abies, intra quos nuces paruae ad instar pisorum procreantur, habentes in se nucleos nimis sapidos. In quouis autem strobilo nuces circiter 30. 40. 50. 60. vel vltra reperiuntur, quae esui sunt delicatissimae, praesertim calculo laborantibus conducibiles maxime. Qui nuces has comedit, vrina ejus sicuti viola olet, similiter oleo vtens habet vrinam ad tertium fere diem suaue olentem. Arbor haec fere nullibi quam in Carpato, et montibus Alpes dictis, Germaniam ab Italia separantibus, invenitur: abhinc in Italia arbor cum fructu bene nota est, habetque maiores nuces atque in Carpato, quod fieri potest propter maiorem loci caliditatem. Sciendum etiam nuces illae apud nos in Carpato non nisi sedula cum aduersione, custodia ac diligentia conseruari et acquiri possunt, quia auiditate auium in momento depascuntur, et in nihilum redduntur. Oleum Libani, Germanice Limbaum-Oel, suaue, dulce, ac subtilissimum, anno 1676. in monte Carpato fato inuentum, veluti iam superius pag. 100. et 101. mentio facta est; duplicem etiam habet vsum, internum scilicet et externum. Vsus ejus 1. internus, nam et vespere 8. aut. 10 guttulae olei in Vino sumtae et exhaustae, vel etiam sublimato, siue aqua vitae.

1.) *Nimiam hominis internam inflammationem sedat languores cordis, uti et deliquium animi arcet.*
2.) *Idem oleum praefatum in Vino, vel aqua vitae epotum morbos graues et inueteratos curat.*
3.) *Pariter in vino aut aqua vitae sumtum rupturas internas antiquorum hominum sanat, prae primis paruulorum puerorum, modo in lacte materno, aut alio, duae vel tres guttulae de mane et vespere sumantur.*
4.) *Contra laterum punctiones et dorsi dolores bibitum, cum in dorsali nimis homo turbatur et dolore afficitur, prodest, stomachumque debilem confortat.*

5.)

hominibus plebeis hodienum quoque praeparari, atque Oleo Terebinthinae adulteratum fraudulenter, cum primis inter peregri-

 nos,

5.) *Dolores intestinorum 7. vel 9. guttis bibitum, aqua vitae comixtis, certo sedantur, et sic colica tollitur.*

6.) *Arenam et calculum hoc modo frangit, discutit, et dispellit, siquis hominum calculo laborat, die prima vtatur prius purgatione, tandem sequente die curationi suae sex insumat horas continuas, statim hora quinta incipiendo et quidem taliter, vt hora curationis suae prima - - - - - - - -*

1.) *epotet in optima aqua vitae olei hujus guttas Nro* 12.
2.) *Hora sub sequente accipiat guttas - - Nro* 10.
3.) *Hora sumat guttas - - - - - - - - . Nro* 8.
4.) *Hora ebibat guttas - - - - - - - Nro* 6.
5.) *Quinta hora epotet guttas - - - - - Nro* 4.
6.) *Sexta hora vtatur guttis - - - - - - Nro* 3.

Potest etiam Patiens intra hujusmodi curationem aliquantulum subtilioris cibi vel iusculi sumere, praeprimis cum sit debilis naturae, vbi eidem ab hora 5ta usque 11mam impossibile foret ieiunare Continuatis iam praescriptis sex horis tandem quotidie mane et vespere vtatur aliquot guttulis, atque sic calculus iuvante Deo dissoluetur.

II. Externus vsus Olei Libani. Oleum hocce prodest

1.) *Contra vertiginem capitis hoc modo: inunge ab vtraque parte bene tempora iturus cubitum, et sedabitur vertigo.*

2.) *Contra difficilem auditum auriumque tinnitum, guttulas tres vel 4. immitte in aures, iuuabit.*

3.) *Siquis ex maioribus aut minoribus habuerit rupturam, eam Oleo hocce quotidie ter inungat, medebitur, praeprimis paruulis.*

4.) *Si quis ignem sacrum (Roth-Lauff) habuerit, locum illum oleo aqua vitae mixto mane et vespere bene inungat, dolor sedabitur, sanguisque inflatione congestus dispelletur, aliique inuncti tolluntur.*

5.) *Contra putredinem dentium, accipe duas aut tres gallas, e quibus atramentum fit, has in mortario contere, postea in aqua pura coque, atque sic jusculo illo os et gingiuam bene elue, tandem aliquot olei hujus guttas linguae superaffunde, linguaque in ore* cir-

nos, diuendi: genuinum autem Balſamum Hungaricum Chriſtiani ab Hortis vix ac ne vix quidem reperiri; adſeritur vulgo Balſamum Hungaricum fruticis Carpaticae deſtillari debere abſque igne mediantibus radiis ſolaribus, Oleum autem Limbae lege ordinaria per vim ignis extrahi. Hodie ruſticos ſine diſcrimine ramos tam ex arbore quam ex frutice carpatica ſumere, cacabo imponere, atque ſic oleum Limbae ope ignis extrahere, experientia teſte, nemo dubitat. Non deſunt viri, qui adſerant rectam ac genuinam Balſamum Hungaricum abſque igne ſiue ex arbore ipſa ſiue ex frutice eius extrahendi methodum cum morte Chriſtiani ab Hortis et cum Mſcptis eius interiiſſe. Interim ſpes eſt fore, vt de his non nihil ſolidius et prolixius ex Viris eruditis olim intelligamus.

3.) *Coloſſum Memorialem, dum Dominus Michäel Okolicſány de Eadem, et in Kis-Palugya, Comitatus Liptouienſis Iudex Appellationum, Cauſarum vtriuſque fori Aduocatus, et ad Exc. Commiſſion. Peſtienſem delegatus Commiſſarius, Iliaco* tri-

circum agitata oleo gingiua inungetur, reddeturque pura.

6.) Si torſiones in inteſtinis ſenſeris, vmbilicum Oleo hocce bene inunge, ſtatim dolores mitigabuntur, et colica repelletur.

7.) Si fractiones lumborum, doloresque renum habueris, primo locum illum ſiue lumbos linteo ad ignem aut calidam fornacem bene fricabis, tandemque Oleo, aqua vitae mixto inunges, ſtatim dolores ceſſabunt, rectusque incedes. Vltimo obſeruandum vt oleum ligni curui, ſic hocquoque ne cito amareſcat, ſed in ſuauitate ſua conſeruetur, proinde in locis opacis et frigidioribus, ſiccis tamen et non humidis eſt recondendum.

trimestri vexatus morbo, clymactericum 63. aetat. ingressus annum, die 23. Octob. Saluatori suam animam redderet, aCerbIs In eXeqVIIs postreMo honorI DICat Georgius Buchholtz. Leutschov. typis Brewerianis anno 1721. in fol. plag. 3. (*) Iunior hic est Buchholtzius, vt et reliqua, quae iam sequuntur, opera eundem agnoscunt auctorem.

4.) *Adorea posthuma viuentis post funera virtutis in perennaturae memoriae Monumentum, dum Ioannes Christophorus Kheberitsch de et in Hoszszu-ret, Incl. Comitatus Liptouiensis Iudex Appellationum etc. die 27. Oct. aetat. anno 59. terrae in crypta Nagy-Palugyensi conderetur, anno quo* VLVLa abIes naMqVe rVet CeDrVs, *ex obseruantia posuit Georgius Buchholtz.* Leutschov. ex officina Breweriana anno 1726. in fol. plag. 2.

5.)

(*) Michaël hic Okolicsány diuersus est ab eo Michaële, hujus nominis, qui Querelam in tragicum casum Sigismundi Tluk, violenta morte intra portam arcis Dunawitz per Vrbanko Schwartz 29. Iun. anno 1625. peremti, Cassouiae anno 1626. edidit: ast Fratre Paullo, in interpretandis patriae legibus Iuris-consultus haudquaquam inferior, quem Historiae Diplomaticae de statu Religionis in Hungaria (Halberstadii) anno 1710. in fol. editae auctorem fuisse non sine ratione suspicatur *Dan. Eberh. Baringius* in *Claue Diplomatica* edition. Hanov. anno 1754. in 4. pag. 82. 83. Quid tamen hac in re credendum sit, ipsa saltim laudati auctoris verba ab aliis dijudicanda et definienda hic recitabo: *Hanc Historiam Diplomaticam L. B. de Birendorff maximam partem composuisse et Dn. de Huldenberg Halberstadii typis exscribi curasse, doctus quidam Vir me certiorem fecit, Hungarus vero quidam doctus Dominum Okolicsany auctorem existimari asseruit.*

5.) *Memoriam superstitem virtutum, dum acerbo funere Michaël Goldberger, Lib. Regiaeque Ciuitatis Kesmarkiensis Senator, dextro latere apoplexia die 19. Iul. tactus, aetat. anno 57. efferretur, obseruantiae testandae causa recoluit Georgius Buchholtz.* Bregae typis Godofredi Trampii anno 1728. in fol. plag. 1.

6.) *Admirandorum Antrorum Deminfaluensium in Comitatu Liptouiensi existentium ad leges Mathematicas facta Delineatio, adiecta Icone edita* a M. Belio in Prodromo Hungar. nov. Lib. III. cap. VIII. pag. 151.

7.) *Obseruationes partim Medicae, partim philosophicae rerum naturalium, Annalibus physico-medicis Vratislauiensibus intertextae:*

Observ. 1.) *De morbis epidemiis Kesmarkiensibus anno 1722. et aliis quibusdam anni eiusdem obseruationibus indiuidualibus,* quarum praecipuae tales sunt Tentam. XXIII. pag. 47. seq. *Mense Ianuario in vico Király Lubele Russicam annos 110. natam sanam viuere: anginas inter pueros, inter adultos vero catarrhum suffocatiuum fuisse grassatum. In Februario febres acutas fuisse frequentissimas, peculiari rusticorum cura propulsatas; apes coeli serenitate ex aluearibus damno suo prouocatas; die 19. alaudarum cantum in campis promiscue auditum. Martii die 6. hirundines, et 7. ciconias aduolasse, et mox subsecuturo festo paschatis aquas gelu crassissimo vbique coaluisse. In Aprili febres acutas continuasse cum singulari capitis et pedum dolore. Majo frigoris intensitatem ingentia vegetabilibus intulisse*

ſe damna. In Iunio aeſtum immodicum ſuperueniſſe, vehementioribus dentium doloribus homines diuexatos, piſces in aquis emortuos. In Iulio tempus inſtabile, multi rabie correpti, fruges a rubigine tactae, apes nulla emiſiſſe examina. In Auguſto acutas febres, meſſem fere nullam, mures plures in campis absque caudis viſos, vnum granum frumenti in culmis cerealibus 25. ex ſe ſolo emiſsis dediſse grana 1521. Medio Septembre omnia in hortis et agris frigore aduſta. In Octobre dyſpnoeam, raucedinem, cephalalgiam, haemoptoen graſſatam. In Nov. inſolitam niuium copiam decidiſse breui euanidam. In Dec. terram multa niue bis de nouo tectam, et in vico Lubele Ruſticum annorum 115. obiiſſe, nullis toto vitae decurſu morbis tentatum, qui non niſi ſolo infuſo radicis Gentianae cum ſpiritu vini parato pro potu vtebatur.

Obſerva. 2.) *De Globulis ſphaericis, margaritas ex aſse mentientibus, in veſica bouis vrinaria inuentis* Tentam XXV pag. 303.

Obſerv. 3.) *De terrae motu anno 1724. d. 29. Ian. in Comitatu Scepuſienſi obſeruato.* Tentam. XXVII. pag. 75.

Obſerv. 4.) De *Venere, denſo halone anno eodem, menſe Martio, obducta, falſo pro cometa habita.* Ibid pag. 286.

Obſerv. 5.) *Anno eodem menſ. Apr. de aduentu hirundinum, et mox ſubita earundem diſparitione* Tentam. XXVIII. pag. 408.

Obſerv. 6.) *De cadauere mulieris tabe enectae, manu carnificis, igni cremato, quod illa Vam-*

py-

pyrismi esset suspecta. Ibidem pag. 635. (*)

Obſerv. 7.) *De ictu fulminis obstupefaciente et vrente; et procella arbores radice tenus evellente. De scrofa catulos caninos et porcellos pariente.* Tentam. XXIX. pag. 173.

Obſerv. 8.) *De visa anno 1724. mense Octobr. sole lucente, Venere,* Tentam. XXX.

Ob-

(*) Cadavera mortuorum, Wampyriſmi labe infectorum, vt ab indocta plebe credabatur, praeter vicinas nobis prouincias, in noſtra quoque Hungaria, effoſſa et igni ſubinde cremata paſſim in eruditorum ſcriptis legimus; magna in primis animorum contentione res haec inter Medicos et philoſophos ad nauſeam uſque agitata eſt circa annum labentis ſeculi triceſimum ſecundum, dum quaedam de Hungariae Wampyris cum ſtrepitu publicarentur hiſtoriolae, vt id ex Commercio praeprimis Litterario Norico anni 1732. cum enumeratione Scriptorum, de Wampiriſmo ſeu maſticatione mortuorum typis publicatorum, vberius cuique legenti innoteſcere poterit. Morbum hunc deprauatae imaginationis poſt tot tantoſque Viros, immortalis *Swietenius* in Tractatu de Wampyris Vien. anno 1755. edito egregie admodum recentiſsime explicuit, effecitque id ſalubri dato conſilio, vt is auctoritate publica regia ex animis indoctorum hominum, vana illa opinione imbutorum, excuteretur adeo feliciter, vt eiuſmodi nugarum vix amplius intra patriae limites audiatur. Eruditiſsimus quidem *Calmet*, vt id ſaltim adjicere liceat, in Hiſtoria Wampyrorum anno 1745. primum publicata, Wampyros in Hungaria, Polonia, Sileſia et Morauia non niſi a 60. inde annis inualuiſse adſerit, at de Hungaris, quibus vernaculo ſermone Lidértz vocatur, contrarium ſane edoceri poteſt, quod cum inſigni animi dolore facimus, ex Clar. *Petri Melii Iuhász*, V. D. Miniſtri Debrecinenſis, *Dialogis*, Chriſto, S. Petro, S. Paullo, et Papa collocutoribus, Debrecini anno 1570. in 8. plag. 8. editis. Talem Venerandum Antiſtitem noſtrum formaſse Quaeſtionem lego cum ſubnexa ad eam Reſponſione, utramque et loquendi et ſcribendi ratione aeui illius vſitata expreſſam: P. *Vagyon azert Lidercz, megteſteſült ördög, ki vétkezic az emberckel paraſznaul?*

CH.

Obſerv. 9.) *Relatio de itinere an. 1724. medio m. Iulio in montes Carpaticos inſtituto.* Tentam. XXXI. pag. 49.

Obſ. 10.) *De nubibus, iridis colore imbutis, et niuibus in Iunio deciduis.* Tentam XXXII. pag. 615.

Ob-

CH. A Satan lelki alat, teſte ninczen, ſoha ö élö teſtet ſzaporódo terméſzetet fel nem vehet, ſoha ördögtül nem fogathatnac az azzonioc, mert nincz arra valo teſte, bele buik az emberbe, barombá de ackor mikor én engedem: Azért a' Satan czac a' buia és paráſzna terméſzetöieket gerieszti az ö tüzes nilaiual a' paraſznaſágra, tetteti mintha valami Szemelliel buijalkodnanac de czac czalarkodic. 2. Cor. 12. Eph. 6. A' Lidercz azert iſten oſtora, buijaſagnac büntetéſse, a' vêrnec és buijaſagnac megindulàſsa az emberbe, az szaporodo magnac traduxnac megaradûſsa, nem ördöggel való koslatas, hanem ördög àltál iſtentöl való büntetés buijaſágra indeto gonoz kévanſàgoc àltdl kit meg gyógethücz büytel, imatſàggal, az az igaz penitentiaual, hittel Chriſtus erdemevel, orvosſággal, Erudgáſsal purgatiockal. Quam de Incubo quoque fouerit vulgus hominum ea aetate opinionem, in Quaeſtione ſequente laudatus auctor ita perſequitur: P. *Boſzorkàn vagion azért ki meg nyomia az embert? CH. Az hitetlen fiakban hatalmas az ördög ackor mikor én akarom, giötri nyomia czufollia az hitetleneket. De az Boſzorkán-is betegſég az eltetö erekben vérnek megalaſsa, és az eltetö Spiritusnak, vérböl lett meleg ſzelletnek az füben való megrekedeſe az enyues és nialas nedveſségtöl az embernek ſzivebe a' vér, a' lehellet a' tüdoben megſzorul. ördögi hitlenſég azt hinniy hogy ejjel járó baba nyom meg, noha ugy tecczik, mintha meg nyomtanak, mert a' nedueſségec nyomnac ès nehézitic még embernec tüdöét ès ſzivet.* Quid his rectius et explicatius, a quoquam dici potuit, ut imperitiores auditores, adductis rationibus conuicti, credere deſiſterent, morbos hos a malis geniis, ſagis, ſtrigibusque ſuſcitari poſſe, non niſi nimia majorum credulitate ad ſeſe propagatos. Sed pudeat homines ſubſecuturis ſeculis victuros, ſi opinionem hanc de Vampyris, ſagis ſtrigibusque feliciter aeuo noſtro exploſam in mortalium pernitiem defendere audebunt, immo ipſius generis humani manes noſtros pudebit, cujus aures haec olim ferre poterunt.

Obſ. 11.) *De ingenti aquarum menſe Iunio anno 1724. e montibus Carpaticis facta eluuione: et nivibus 5. et 6. Aug. anno eodem cadentibus, cum ſubſequenti inaudita frigoris intenſitate: de coruorum multitudine meſsores comitante: de diuerſis fulminis effectibus et aquarum inſigni in Comitatu Liptouienſi eluuie.* Tentam. XXXIII. pag. 175. 181. 216. 302. ſeq.

Obſ. 12.) *De ſolis et Lunae halonibus; et putatitio montis Carpatici carbunculo.* Tent. XXXV. pag. 81.

Obſ. 13.) *De Salmonum captura in Hungaria ſuperiore: de caecitate ex vſu vini medicati oborta: de innoxio et noxio thermarum Rauſchenbergerianarum vſu; de ſingulari fulminis ictu: et de iudicio per aquam, cui mulieres, quibus ſiccitas anni 1726. adſcribebatur, in ſcepuſio immerſae, ſubiectae ſunt.* Tentam. XXXVI. pag. 583. 618. 704. 707.

Obſ. 14.) *De Virgis iridis: de itinere in montes Carpaticos anno 1726. menſe Iunio ſuſcepto: de ventis in vertice montis continuo impetuoſis, in valle vero ſilentibus: de niuibus in Auguſto cadentibus: de diuite aurifodina in Iaraba, anagram. Arabia.* Tentam. XXXVII. pag. 98. 101. 209. 238. Plures huiuſcemodi obſervationes videantur in Tentamine vltimo et Miſcellaneis medico-phyſico-mathematicis Büchneri.

8.) *Opera Mſcpta*, quae filius Paullus hodiedum tenet, et *Diarium in primis vaſtiſſimae molis* monſtrant fuiſse Civem aetate ſua reipubli-

cae

cae litterariae in Hungaria vtilissimum. Vtinam pro ea, qua est in bonas litteras propensione, venerandi genitoris sui lucubrationes non sineret optimus ille Vir in tenebris amplius delitescere.

ARTICULUS. XI.

Cramer (*Paullus*) Casparum Cramerum, celebrem antiquioris aeui ludum litterarium Leutschouiensem singulari moderatorum et discentium cum adplausu rexisse, et de muneris hujus vitaeque humanae statione, ita summo iubente Imperatore, anno 1581. decessisse testis est Epistola inuitatoria Mscta laudatae Ciuitatis, interprete M. Antonio Platnero, (*) Antistite eiusdem Ecclesiae Patriae primario, ad Albertum Husselium Priuidiam dicto anno exarata, quae in Gymnasiologia Hungar. Rezikio-Lautsekiana Sect. I. cap. X. §. 7. opera Rev. Martini Klanitza ab interitu conseruata est. Huius filius erat Paullus Noster Cramerus, Medicus, qui posteaquam in patrio Lycaeo in studiis humanioribus et Philosophicis egregie fuisset excultus, Vittebergam potissimum reliquorum Studiorum suorum sedem delegit, inde in Heluetiam

(*) Hic idem Magister Antonius Platner est, cui vna cum Valentino Carl., muneris sacri collegae *Samuel Spillenberger* Leutschouiensis, dum summis in arte medica ornaretur honoribus, LXXV. theses *de morbo Hungarico* adjectis remediorum formulis, in eruditorum panegyri defensas, Basileae in 4. typis Ioannis Schroëteri anno 1597. editas, nuncupauit.

tiam commigrauit et Basileae, vt Fasti Vniuersitatis meminerunt publici, Decurione Casparo Bauhino a D. Martino Chiemelicio ad d. 12. Iul. anno 1614. in Doctorem Medicinae promotus est, et mox peritus artis Practicus inter suos euasit.

OPERA.

1.) Dissertat. inaug. med. *De Dolore Colico, et illius contractura.* Basil. anno 1614. 4.

2.) *Elegia aggratulatoria, Ioannis Hagii, Iglauiensis nomini dicata*, quae vna cum Sebastiani Türck, Leutschouiensis Pannonii, Melchioris Schnell, Olaszienſis Scepusii et aliorum ciuium Academicorum Carminibus typo Vitebergensi anno 1606. in 4. expressa est, dum ille nouis Magisterii honoribns ab Andrea Vrsino, Philosoph. et V. I. D. Cal. Nov, ornaretur; adscribi hic illa ex integro meruit:

Carmina me poscis, tibi porrigo crimina: idemne,
Carmina nam mea sunt crimina, Iane tibi?
Nomen habes clarum, cognomen clarius, ipsum
Praenomen clara te quoque luce beat.
Nil nisi clara notant tua nomina, Nomina? vita
Est clarissima, mens candida, clarus honor.
O Vtinam canerem victuris carmina chartis
Digna, hodie ferrem nomen ad astra tuum.
Ast inuita Minerua mihi, sudante cerebro,
Carmina pauca fluunt, carmina nulla fluunt.
Gratulor interea tibi nomina clara, sed audi,
An qui clarus eras, carmine clarus eris?

AR-

ARTICVLVS. XII.

DIMIEN (*Paullus*) natus Claudiopoli an. 1655. inde factum eſt, vt a patria hac Ciuitate Koloſuarii quoque nomen vſurparet. Patria tellure egreſſus peregrinationem litterariam inter varios populos inſtituit; in oris Belgicis nouiſſime conſedit, gradum Doctoris in Medicina Lugd. Batav. anno. 1689. capeſſiuit, ibi diu inter Proteſtantes ita dictos, augendorum ſtudiorum cauſſa diuerſatus eſt, et a reditu domi poſtea in multis capitibus Vnitariorum opiniones Remonſtrantium placitis attemperauit per totos illos XXX. annos, quibus docendo Gymnaſio et Eccleſiae VnitariorumClaudiopolitanae vt Theologiae Profeſſor ſimul et Plebanus cum inſigni ſuorum laude praefuit. Quum anno 1716. et Templum cum Paroecia et Schola fato infelici Vnitariis eriperetur, multum in conſeruando coetu ſuo ſacro domi foriſque extra Patriae limites deſudauit. Eum in Articulo de futura carnis reſurrectione multum titubaſſe, immo eam prorſus non credidiſſe dum ſcribit Cel. Petrus Bodius in Athenis Hungar. in Artic. pag. 145. non niſi vanum fuiſse maleferiati vulgi rumorem, fidei ſuae conſortes palam vniuerſi adferunt. Vix vllum ſupereſt dubium multos virtutis et doctrinae Theologicae, nec non exercitae, artis Medicae aequos eum nactum fuiſse aeſtimatores. Domi ſuae die 4. Ian. anno 1720. dum annum aetatis ſexageſimum quintum expleuiſset vita

defunctus eſt nullis relictis haeredibus. Epitaphium Lapidi ſepulcrali inciſum in Coemeterio Claudiapolitano tale viſitur:

Vixi, mortuus at iaceo: tu diſce, viator,
Viuere: ſi noſti viuere, diſce mori.
Intrepidus Leo ſis, ſerpente oculatior eſto, (*)
Te Proceres etiam laudis honore colant.
Quid iuuat? omnis mutatur fortuna, ut arundo,
Dura liuor quoque poſt fata quieſcit atrox.
Sis Nerone prior ſit nixa ſuperbia pennis,
Arma virumque canas, quid iuuat? ecce nihil.
Viuas luſtra decem tria, tamquam ego, vita rotatur,
Ergo ſcias, quid ſit viuere, quidue mori.
Quis fuerim, quaeris, Dimjén cognomen auorum,
Praeclarum, Paulli ſed mihi nomen erat.
Vrbs genuit famoſa Kolosvár, nomen, honorem,
Ipſa dedit, ſedes ipſa quietis erit.
Collegii Rector puro defonte docebam
Annis ter denis verba ſacrata Deo.
Et Medicus fueram arte, quaterque maritus, at heres
Iam nullus charis ex genitis ſupereſt.
Vrbes Europae vidi ter, et oſcula Regi
Praebueram, nunc ſum mortis in imperio.

Ec-

(*) Quod eſſet Medicus noſter de Nobili natus ſtemmate Hungarico, adluditur ad eius Inſigne gentilitium, quod habet Leonem pede altero priori nudum enſem tenentem cum Serpente ſcipioni implicato.

Ecclesiae plebanus per duo lustra fidelis,
Laetus eo Christi Iudicis ante thronum. (*)

OPERA.

1.) Disput. inaug. med. *De Generatione, augmentatione et Decretione Microcosmi.* Lugd. Batav. anno 1689. in 4.

2.) *Catechesis Religionis Christianae Secundum Vnitarios.* Liber hic MStus, nec umquam typorum beneficio vulgatus, Symbolici instar hodiedum colitur, in Scholis omnibus publice docetur, et a studiosa iuuentute sedulo memoriae imprimi iubetur; illius prima quaestio et ad eam Responsio haec est: Q. *Quis tibi est Christianus?* Resp. *Omnis, qui in Christum Credit, et secundum eius doctrinam viuit Matth. VII.* 21.

(*) Collegium *Vnitariorum* Claudiacum aliosquoque nonnullos suos Professores e choro Medicorum adoptauisse certis nobis innotuit documentis: *Thomas Borsos Ozdiensis*, Phil. et Med, Doctor, Patauii anno 1636, creatus, per quinquennium Scholae moderatus est; *Michaël Dàlnoki* adulto medio seculo superiori et Medicus, et Lector, et Parochus fuit; *Ioannis Gezanouii* Medici, et Lectoris *Sociniani*, an. 1737. mortui, Epitaphium metricum in coemeterio Claudiaco Publice legitur; *Benedictus* vero *Tegző Arkosi*, anno 1660. denatus, in Gymnasio *Vnitariorum Hidvegiensi* Scholas docuit; *Stephanus Takács Kolosvári* et Medicus clinicus fuit Claudiopoli et Pharmacopola. *Franciscus Barra*, desertis castris et sumpto Louanii Doctoris Medici titulo, factus est strenuus Aesculapii sectator; *Litterati* vero quidam, patria *Heuizinus* laudata vrbe egressus, apud Toroczkouienses Medicinae simul et Chirurgiae exercendae se dedidit; Mitto *Andream Petsium*, de hoc grege natum, infra in Articulo suo describendum; qui hic desiderantur alias commemorandi.

21. 22. 23. 24. 25. 26. Iac. I. 25. et II. 14. 17. 20. tales enim cognominati ſunt primum Antiochiae Diſcipuli Chriſtiani. Act. XI. 26.

ARTICVLVS XIII.

ENYEDI (*Samuel*) Ab oppido natali ita denominatus, poſteaquam liberalium artium rudimenta domi feliciter jeciſset, ſacrarumque litterarum et rerum naturalium cognitione animum imbuiſſet, arti aſclepiadeae totum ſe dicare decreuerat, primaque eius mox fundamenta in Vniuerſitate Franequerana, in quam anno 1651. ita Academiae faſtis referentibus, ciuis fuit admiſſus, non ſine ſummis in arte hac haurienda ſucceſſibus felici poſuit omine, biennio namque elapſo Vltrajectinum, vbi prius ſubſtiterat, tranſmigrauit, vt honorum in Medicina ſummorum capeſſendorum candidatum ſe ſiſteret, exantlato conſueto itaque examine Diſſertationem inauguralem medicam de Ictero, publico expoſuit Examini, et Doctor Medicinae anno 1653. ſollemni more renunciatus eſt. Domum reuerſus tulit anno poſtero 1654. laborum praemium, in florenti enim aeuo illo Helv. Confeſs. addictorum Collegio Magno-Varadino Profeſsoris publici munus obtinuit, quam ſpartam egregie docendo ornauit ad annum vſque 1660. quo arcem Turca deditione caperet, et Muſas ibidem degentes in exſilium pelleret: hac temporum iniquitate de Statione hac decedere iuſſus, Huſztinum in aulam Franciſci Rhédei ſe recepit, ibi

ibique tamdiu commoratus, quoad anno 1664. ad docendam philoſophiam a Sereniſſ. Tranſiluaniae Principe, Michaële Apafi. I. in Gymnaſium, quod hodiedum ad Viam Anniam egregie floret, Bethlenianum mitteretur: in quo munere dum Studioſae Iuuentutis commoda vndique pro virili promouiſſet, ad Cathedram in Eccleſia Alvintzienſi exornandam anno 1669. auocatus eſt, ibidem anno 1671. viuentium numero ſuorumque amplexibus exemtus eſt. (*) Lam-

(*) Ennyedio huic noſtro in obeundo munere profeſsorio Principis Tranſiluaniae juſſu anno 1666. collega adjunctus eſt *Ioannes Nadányius*, celebris ille *Flori Hungarici* auctor, quem rei Botanicae fuiſse callentiſsimum monſtrant Operum Antonii Mizaldi de Hortorum cultura ſcriptorum in linguam vernaculam Hungaricam facta ab eo accurata tranſlatio, Claudiopoli anno 1669, in 4. alph. 3. typis Mich. Vereſegyházi Szentyel, publicata ſub titulo: *Kerti dolgoknak leiràſa, nêgy Könyvekben rendeſen béfoglaltatott, mellyek közzül az elſö a' Kerteknek gondviſelèsét, ékeſitéſét és ſok rendbéli titkait mutattya meg: a' màſodik az óltáſnak meſterſégêt adgya elönkben: a' harmadik kerti holmiknek orvos haſznait rendre irja ki: a' negyedik a' kerti holmiknek, parajoknak gyökereknek gyümöltſöknek, ſzölöknek, Bornak, és huſnak gyönyörüséges àllapotban megtartáſoknak módgyát fejtegeti 's a' t.* Liber hic bonae frugis, qui iam hodie non promiſcue obuius reperitur, Annae Bornemiſza honoribus nuncupatus eſt, cur ſereniſſima haec Tranſiluaniae Principiſſa vtilitati ciuium conſultura, typorum beneficio publicari eum voluerit, ita ibidem rationes exponuntur: *Kert ékeſségére 's holmi betegeskedéſek ellen való jobb könyvet ennél Magyar-orſzágban nem nyomtattathattak vòlna: mivel az mi Orſzágunkban orvos Doktorok 's Patikàk nem igen vadnak:* id eſt, *in ornandis hortis, et curandis plerisque morbis nullus liber hoc vtilior in Hungaria edi poterat, ſiquidem et pharmacopoliorum et Medicorum inſigni laboremus in Regno noſtro inopia.*

pe in Hiſtor. eccleſ. Hungar. et Tranſiluaniae. pag. 638. in Catalogo profeſſorum Illuſtr. Collegii M. Varadienſis nomen Noſtri exhibet. (*)

OPERA.

1.) Differt. theolog. praes. Gisb. Voetio. *De Viſione Dei per Eſſentiam.* Vltraj. an. 1651. 4.
2.) Diſsert. med. praes. Henr. Regio. *Medicatio duorum aegrorum aneuriſmate et gangraena laborantium.* Vltraj. anno 1651. 4. plag. 1.

3.)

(*) Catalogum hunc Profeſſorum Magno-Varadienſium mendoſum edidiſse Lampeium e MSto *Paulli Ember*, quod teneo, aperte conſtare poteſt: poſteaquam enim Clarisſimus hic Hiſtoriae illius eccleſiaſticae Auctor Sacerdotes S. Ladislai et Monachos ſedibus ſuis ex arce Varadina Antonii Nikazo, vel, vt aliud hábet MStum, Nyakazo, arcis Capitanei opera, anno 1557. dimotos fuiſſe et ſic Magno-Varadinum Sacrorum reformationem admiſiſſe teſtimoniis fide dignis nixus edocuiſset, *Gregorium Sasvári* nominat primum Varadinenſium exſtitiſse Proffeſſorem, in Vita Stephani Szegedi a Matthaeo Scaritza concinnata ad an. 1566. commemoratum, cui *Petrus Károli* ſuccesſit, qui in Rudere rediv. Franc. P. Pápai Diſputationi Alba-Iuliacenſi anno 1568, interfuiſse ſcribitur. *Dauid Sigiſm. Kaſſouienſis* anno 1577. ex Heluetiis redux, R. Sch. Var. conſtitutus, et poſt laudabilem eius gubernationem ad Praeſides Regni Tranſiluan. tranſlatus. *Ioannes Ióo* aliter *Bonifacius*, hic diſputauit glorioſe in frequenti procerum R. Hungar. conuentu Varadini cum celebri Ieſuita St. Aratore ſub Principe Sigiſmundo Báthorio circa an. 1589. *Ioannes Gyulafi* an. 1597. *Dan. Szegedi* an. 1607. *Greg. Váradi* an. 1609. *St. Göntzi*, dein Superattendens. *Paul. Kis-Marjai. Nicol. Kecskeméti* an. 1638, *Mich. Albenſis. St. Beniamin Szilágyi. Mich. Toufaeus Székelyhidi* S. S. Theol. Doct. an. 1651.

Iac.

3.) Diiput. theolog, praes. Kloppenburgio. *De vera Spiritus Sancti Deitate.* Franeq. anno 1652. 4.

4.) Diſsert. inaug. med. *De Ictero.* Traj. ad Rhen. anno 1653. 4.

Iac. N. Harſányi, relicta patria factus eſt Conſiliarius Electoris Brandenburgici *Io. Tölczeki. St. Baka Szathmári. And. Sylvanus Tarpai. Sam. Enyedi* Med. Doctor. *St. Komáromi. Sam. Köleſéri. Georg. Martonfalvi* S. S. Th. Doct. *Io. Püſpöki.* Pars Iuuentutis ſcholaſticae, quae in arcis defenſione contra hoſtilem Turcorum impetum, praeſidiariorum militum vices viriliter ſuſtinuiſſet, glorioſam pro Deo et Patria oppetiit mortem pars vero reſidua, a clade ſuperſtes, *Georg. Martonfaluium*, Profeſſorem famigeratiſſimum, in Athenaeum Debrecinenſe preſſo ſecuta eſt pede, quae Scholam illam, perantiquam, hoc nomine auctam, multo poſtea reddidit frequentiorem. Inſtrumentum Legis vtriusque tam veteris quam nouae, Hungarico ſermone verſum, quod expugnationis tempore nondum Varadienſium typothetarum reliquerat prelum, quam perfide gens Turcorum barbara, fidem datam ſeruare neſcia, ingenti ſanctioris reipublicae damno diſſipauerit, et typographei partem maiorem deſtruxerit, Rev. *Petrus Bodius* in Hiſtoria Bibliorum Hungar. pag. 152. 153. edit. Cibin. anno 1748. in 8. pluribus verbis queritur. Facta hac Bodiani nominis mentione, miror Viri huius eruditiſſimi notitiam effugiſſe illam vniuerſi S. Codicis translationem Hungaricam, quam *Ladislaum Bathori*, Ord. S. Paulli I. Eremitae ſacerdotem, ex illuſtri Bathoriorum familia ortum, circa an. 1456. omnium primum adornaſſe refert *Ignatius Pongracz* in *Triumpho Paulli* pag. 51. et 65. edit. Poſon. anno: 1752. in fol. Sed oportebat profecto hominem hunc loquaculum, eamque ob cauſſam auctoritate publica damnatum, aſt tamen ſingulari interim eruditione conſpicuum, Translationem hanc Paullinam Bibliorum Hungaricam, ſi manſerit illa in MScto, in cuius litterariis hodiedum haereat ſcriniis, aut vbi gentium typorum beneficio publicata fuerit, verbo dumtaxat indicare, nam Rev. *Georgius Káldi*, doctiſſimus temporis ſui Ieſuita, in praefatione Bibliorum vernacula lingua Viennae anno 1625. editorum, neminem ante ſe vmquam in Eccleſia Romano-Catholica pio hoc defunctum eſſe munere aperte gloriatur.

5.) *Ioannis Amos Comenii Praecepta Morum, institutioni puerorum accomodata, ligato ſermone expreſſit,* quae toties in vſus Scholarum Tranſiluanico-Hungaricarum typis repetita ſunt.

6.) *Adloquium ad Illuſtriſſimam Principem, Suſannam Lorandſi,* Celſiſſ. Principis Georgii Ràkóczii viduam, *cui* de meliore nota *commendat Franciſci Borſati*, Papenſis, in Gymnaſio academico Varadienſi S. Poëſeos Collaboratoris *Metamorphoſin*, filio defuncto Sigismundo Rakoczio ideomate Latino et Hungarico ſcriptam. Edita eſt Varadini apud Abrah. Kertéſz Szençinum an. 1656. 4. plag. 4.

ARTICVLVS XIV.

ERDÉLYI, aliter ab Tranſiluania (*Iohannes.*) Monachus hic profeſſus, in Chartuſia Archiducatus Auſtriae Maurthacana primum ſacris operabatur, ex ſtatione hac in Monaſterium Scèpuſienſe Ioanni Baptiſtae ſacrum de Lapide Refugii nuncupatum, cujus fata exhibet M. Belius in Prodromo Hungar. nov. pag. 118. temporibus Matthiae Coruini Regis translocatus, et Coenobiarcha conſtitutus eſt: ſed qui dum Fratres pauperes praeter inſtituti rationes Studioſius ditare vellet, ſacerrimo aureae Artis Alchemiſticae Studio corruptus, non prius deſtitit vario ignis genere ex lege artis regnum minerale torquere, quam omnes Coenobii facultates decoqueret: quamobrem id a ſui ordinis homini-

minibus commeruit, vt circa an. 1484. chrysopoeus hicce Magifter ab officio Prioris clauftrali demoueretur, (*) Haec ejusdem Ordinis Chartufiani Auctor in Annalibus Priorum Monafterii de Lapide Refugii Manufcriptis ineunte Seculo XVI. talibus verbis explicat: *Priori Patri Gabrieli de Riuulo - Dominarum fucceffit D. Iohannes de Tranfiluania, Monachus Profeffus in Maurtacho, qui per Alchimiam et quintam effentiam coufumfit omnem fubftantiam, conflauit aurum, et diffipauit argentum, depauperauit domum valde, et patrimonium Iefu Chrifti et S. Iohannis Baptiftae inaniter expendit, ob quam rationem ab officio Prioratus depofitus eft.* vide Annales hos a Car. Wagnero in Analect. Scepus. Publicatos, Part. II. pag. 77.

AR-

(*) *In Corpore Iuris Canonici* edit. Paris. anno 1618. pag. 878. *Extrauagant. commun.* Lib. V. tit. 6. *de Crimine falfi*, Alchimia ex conftitutione Iohannis XXII. Pontificis fummi, fub graui poenarum, pecuniarum puta, carcerum et infamiae, interminatione feuere prohibetur: ita vero de Clericis edictali conftitutione ibidem fancitum eft: *et fi Clerici fuerint delinquentes, ipfi vltra praedictas poenas priuentur beneficiis, et prorfus reddantur inhabiles ad habenda. Erafmus* vero *Rotterodamus* Oper. Tom. I. edit. Lugd. Bat anno 1703. pag. 754. in Colloquiis, capitale effe comminifcitur, fi quis *Alcumifticam* abfque Principis permiffu exerceat. Vtinam capitale in republica crimen! tot ita tantaque triftia nobis non effent obuia fubinde exempla hominum, qui fraude *Adeptorum* veteratorie decepti, in fummam praecipitati funt paupertatem: elegantem huiuscemodi nugatorum dolum inter recentiores, miffis aliis, ftrictim expofuerunt *Marchis d' Argens Lettres Cabbaliftiques* Tom. I. epift. IX. edit. Hag. Comit. anno 1737. et *Auctor Caprices d' imagination* epift. V. et XVI. edit Amftel. anno 1742. in 8.

ARTICVLVS XV.

FONTANA (*Franciſcus*) Virum hunc gente ſine dubio Italum, primarium Regis Matthiae Coruini Medicum exſtitiſſe ex Pactis ſponſalitiis inter Ioannem Coruinum, Filium, Regium Principem, et Blancam Domini Ioannis Galeaz Ducis Mediolanenſis Filium an. 1487. die 25. Novembr. ſtabilitis addidicimus, ad quae conficienda Rex iſte glorioſiſſimus Archiattrum hunc ſuum Mediolanum oratorem exmiſit; ita enim inter praeſentes in Inſtrumento hocce litterario, liberali manu nobis ſuppeditato, ſubſcriptus legitur: *Domino Franciſco Fontana, Artium et Medicinae Doctore praefati (Matthiae Coruini) sereniſſimi Domini Regis Hungariae Oratore.* Sed de Franciſco hoc Fontana, Brixienſi, viro callidiſſimo, cuius adminiculo commodaque opera ſaepe alias quoque in Italia vſus eſt Rex Coruinianus, plura videri poterunt apud Bonfinium, editum a Belio, Decad. IV. Libr. VII. pag. 653. et Libr. VIII. pag. 657. 661. (*)

AR-

(*) Qui fuerint Medici, qui regis Matthiae Coruini aetatem ornarint, Cl. Paul. Wallaſzki in Tentam. Hiſt. litter. ſub Matthia Coruino pag. 40. aperte profitetur adhibito licet improbo labore, ſe non plures eruderare potuiſſe, quam *Iulium Aemilium*, Regis archiatrum, a Bonfinio et Celte laudatum, *Chriſtophorum Gallum* et *Bartholomaeum Montagna* a Iano Pannonio in Elegiis ſuis commemoratos: nos haud ita pridem in Ephemeridibus eruditis Vindobonenſibus nonnullos his adjecimus, nunc vero eorum nomina, quae Litterae et diplomata nobis conſeruarunt adhibito diligentiori ſcrutinio, ad numerum decimum quartum, immo ampli-

plius, jam extendemus. Quartus in ordine locus *Francisco Fontana*, primario Regis Medico, hoc ipso Articulo notato, in praesentiarum adsignabitur, quem deinde *Galeotus Martius* Regi ab Epistolis, indiuulsusque comes, et Bibliothecae Budensis praefectus, excipiat, quem Medicinam quoque exercuisse, ipse de se in Libro de promiscua Doctrina cap. XV. pag. 140. testis est locupletissimus. *Ioannem Tichtelium* Professorem artis Medicae Viennensem capta vrbe, et Regis, sed in primis Reginae Beatricis fuisse Medicum inferius, in Articulo ex suo ipsius Diario MScto edocebimus. *Episcopum Casertanum*, in aula Coruiniana diuersatum fuisse legimus inter Epistolas Matthiae Coruini, Caschouiae an. 1743. in 8. edit. Epist. XXXVII. quem ipse Rex Socero suo Ferdinando, Siciliae Regi, de meliore nota commendat, eo quod *in restituenda sua sanitate diligentem satis scite nauauerit operam*, *virum probum, et arte sua medica, quam professus est, peritum et expertum* nominando. *Michaëlem Váradi* ord. S. Paul. I. Eremitae sacerdotem in patria ciuitate, a qua nomen accepit, Magno Varadiensi, Matthia regnante, circa an. 1481. non modo populo a concionibus sacris, sed Medicae Artisquoque fuisse callentissimum refert Andr. Eggerer in Fragmine Panis Libr. I. cap. XXX. pag. 251. *Nicolaum de Dacia* Hungarum, Astronomicae et Medicae artis notitia imbutum, circa an. 1464. floruisse docet Fabritius Bibliothecae Med. et inf. aetat Lib. XIII. pag. 329. ex Iac. Quetif. Tom. I. pag. 827. Loco decimo *Philippus Valor nominandus* est, dum scilicet Rex Marsilium Ficinum Nicolao Bathoreo, Episcopo Vacziense, Francisco Bandino, voluntatis suae interpretibus, Florentia Budam ad se inuitaret, vt ex ipsius ore dogmata Platonis imbibere, prosperaeque valetudinis et longaeuitatis vitae praecepta percipere posset, et hoc Philosophus et Medicus ille, corporis imbecilitate impeditus, facere nequiret, Philippum hunc Valorem, discipulum, medica Scientia, Astrologica in primis, inclitum in Panoniam cum Libello *De Vita valida et longa coelitus comparanda*, an. 1489. Matthiae nuncupato, expediuit; ast ita infeliciter artem suam medicam in Aula Regia exercuit, vt dum vitam ita prosperam serenissimo huic Principi a sideribus decretam esse ex mente praeceptoris sui audacter adsereret, quam olim Pythagoras, Democritus, vel Apolonius Tyanaeus consecuti sunt, anno ab aduentu in has oras postero, Rex forti tactus apoplexia interierit. *Ioannes Stock AA. LL. Magister*, et Med. Doctor, Praepositus Vetero-Budensis primum, deinde

Ca-

Capituli Scepusiensis Praepositus, fide diplomatum alibi iam a nobis commemoratorum Sigismundi, Alberti Regum, et Elisabethae Reginae viduae Archiater fuit, id ille apud Matthiam an. 1458. effecisse dicitur, vt dictae huius Praepositurae priuilegium nouis ornaretur tabulis a Pio II. Pontifice confirmandum. Quam Dioecesanam Synodum regnante Matthia an. 1460. Scepusium conuocauit, illius conditi canones leguntur apud Peterfium Concil. R. Hung. Part. I. pag. 202. Doctor *Branche* quod fuerit aulae Medicus Petri Várdai, Pontificis Colochensis, qui a Matthia Coruino ob linguae procacitatem, teste Bonfinio, in carceres Aruenses detrusus est, demonstratum dedimus in artic. ex Sylloge Epistolarum laudati Archi-praesulis MSctarum Székelyiana. *Ioannes Erdélyi áliter á Transiluania*, Chartusianus Monachus, Claustri ad Lapidem Refugii in Scepusio coenobiarcha, quantus fuerit Coruini nostri aetate Alchimista, monuimus loco suo ex annalibus Monasterii dicti Lapidis Refugii, a Wagnero in Analect. Scepus Part. II. primum publicatis. *Martinus*, Art. Mag. et Med. Doctor, Theologiae Professor, Ecclesiae B. M. V. Budensis Plebanus, et Apostolicae Sedis protonotarius ob id potissimum in Voce commemorandus erit, quod dum Matthias Coruinus, deuicta an. 1485. Vindobona, victor cum coniuge Regina Beatrice ovans Vrbem ingrederetur, integram Studiorum Vniuersitatem, habita in aede sacra S. Stephani oratione panegyrica, propensae beneuolae Regis voluntati suppliciter deuouerit. Quid de medica *Iani Pannonii* scientia sentiendum sit, vberius disquirendi locus hoc ipso libello infra nobis dabitur. Matthias hic, qui arma et litteras felici miscuit coniugio, et in togae sagique proceres liberalissimus exstitit, quanti pretii Medicos, artemque medicam aestimauerit, solo Ludouici a Leonibus, Bononiensis Practici constare poterit exemplo, ab hoc enim ille vnam dumtaxat Olei cuiuspiam descriptionem, mille numis aureis Hungaricis, ducatos vulgo adpellamus, redemerat teste Diemerbroeckio in Tractatu de Peste edito Vltraj. an. 1685. in fol. Lib. I. cap. XI. §. vj. Sed subjungendus quoque est his e choro Medicorum Coruinianorum *Magister Sebastianus*, cuius *Scheda ad Regem Gloriosum de morte Fulkonis de suæ Hegi alla Baksa ad metam —— cum suis, In Frigidi Fonte* (locus olim Conuentus sacri, altero ab oppido Weszprém lapide dissitus, Hideg-Kút hodie vocatur) *ipsa vigilia sancti Iohannis Baptistae Anno Domini* 1477. exarata, et quatuor paruis sigillis caerae albae impressis munita, prostat inter Instrumenta Litteraria

Fa-

Familiae Kazayanae, liberali manu viri eruditi Sam. Kazay de Ztrecze, artis pharmaceuticae in Vrbe nostra dexterrimi, nobiscum communicata. Aliae eiusdem nobilissimae Familiae Litterae commeminerunt, circa Signatum superius annum, piper nigrum iusta quantitate cum aceto militibus in exercitu Coruiniano fugandarum febrium intermittentium caussa fuisse euentu satis prospero promiscue exhibitum ex singulari Regis indultu: quam febres curandi methodum ne hodiedum inter nos apud plebem prorsus exoleuisse subinde obseruamus; ast temerario rudis agyrtae consilio porrectum in simili casu tale piper quid effecerit, tristi docuit experimento Illustr. van Swieten Comment. Tom. II. pag. 31.

ARTICVLVS XVI.

GERARDVS, celebris trium Hungariae Regum, Belae IV. (*) Stephan. V. et Ladislai IV. fuit Seculo XIII. Medicus, quem a Ladislao in praemium restitutae sanitatis amissae de Castro Regio Zagrabiensi, villa quapiam Ternaua, tribus horae quadrantibus ab vrbe, dissita, quae hodie Episcoporum Iuri subiacet, anno, 1272. liberalissime donatum fuisse Litterae dictae Donationales testantur, in Tabulario Ven. Ca-

(*) A Bela hoc IV. Rege Hungariae, singularis prorsus quaedam Smaragdi proprietas casu detecta est, quam rem Iohannis Vitalis de Furno Cardinalis Presbyteri SS. Siluestr. et Martini in Montibus, verbis, quam meis exponere praestat. Ita vero ille in suo *pro conseruanda sanitate, tuendaque prospera valetudine, ad totius corporis humani morbos et aegritudines, salutarium remediorum curationum que Libro*, Moguntiae an. 1531. in fol. apud Iuonem Scheffer impresso, cap. CCXCVIII. pag. 147. *Expertum est temporibus nostris quod rex Hungariae nomine Bela (IV.) in coitu cum vxore sua Smaragdum in digito habuit, qui propter coitum in tres partes fractus fuit, ex quo patet, quod is Lapis castitatem castos que diligit.*

Capituli repoſitae, vna cum Mandato ad Banum Dionyſium, qui anno 1274. ad dignitatem Palatini in Hungaria ſublimatus eſt, peragendae ſtatutionis gratia exmiſso. Vtrumque litterarium hoc Inſtrumentum, in vſus Gerardi Medici iuſſu regio publicatum, legere poterit, cui Faſtos Capituli, quod Protocollum adpellamus, pag. 5. inſpicere licet; eodem hoc ipſo Libro pag. 6. proſtant eiusdem Bani Dionyſiiquoque reſponſoriae ad Regem Litterae, rebus *Gerardi* Fauentiſsimae. Aſt factum eſt temporis iniuria, vt ex Villae huius poſseſſione, in qua per alterumquoque totius Sclauoniae Banum Henricum confirmaretur, Regius noſter hic excideret Medicus: iterat itaque Rex benigniſsimus Mandatum, vt Ternaua Archiatro reſtituatur, et ne a quopiam in poſterum vlla de cauſſa turbetur, ſeuere ſub poenae interminatione interdicit. In Litteris his IX. April. anno 1275. Signatis, quibus indicatus Ven. Capituli Liber num. 829. gloriatur, laudat effuſe *Gerardum* Rex ob ſingularem medendi dexteritatem, quod non modo labefactatam et vacillantem ſanitatem ſuam promtis remediis reſtaurauerit, ſed Patri quoque Stephano, immo et Auo Belae IV. (*) diligentem ſuam

(*) Reliquorum quoque priſcorum Hungariae Regum, qui fuerint Medici, recenſebimus hic eorum nomina, quae partim ex inſtrumentis litterariis fide dignis iam demonſtrata ſunt, non nulla in poſterum cum vitarum deſcriptione illuſtranda venient:

Secu-

ſuam tum in ſecunda tum in aduerſa valetudine tuenda locarit operam, grauiſſimo illos morbo

non

Seculo XI. Colomanni Regis Medicus, *Draco* nomine voatus eſt.

Seculo XII. Stephani IIII. *Thomas* adpellatus.

Seculo XIII. Belae IV. Stephani V. et Ladislai IV. Regum Archiater, *Gerardus* nominatus.

—— Ducis Ladislai, filii Stephani V. Doctor *Mutinius* dictus.

Seculo XIV. Caroli Roberti Phyſicus, *Iacobus a Placentia;* Chirurgus vero, qui ſtilo aeui illius Cirolicus dictus eſt, fuit *Magiſter Perectoldus*, et *Benedictus ab Italia.*

—— Ludouici I. Regis Medicus nuncupatus eſt *Iacobus a Placentia*, et *Magiſter Franciſcus*, nec non circa an. 1366. *Ladislaus Demendy.*

—— Sigiſmundi Phyſicus, *Ioannes Hunnelbergenſis*, et *Ioan Stock*, nec non *Simon Cloſtein*, Doctor Medicinae in Academia Sundenſi Budae, qui concilio Conſtantienſi interfuit. item circa an. 1419. *Ladislaus Demendy*, ſimul Praepoſitus Colocenſis, et dein Epiſcopus Nitrienſis.

Seculo XV. Alberti Regis, et Eliſabethae viduae Reginae Doctor medicus, *Ioannes Stock.*

—— Matthiae Coruini Archiatri vocati ſunt: *Iulius Aemilius, Franciſcus Fontana* et *Ioannes Tichtel.*

Seculo XVI. Wladislai II. *Ioannes Manardus.*

—— Ludouici II. *Ioannes Manardus* et *Georgius Wirth.*

—— Ioannis de Zapolya Archiater *Adrianus* vocatus.

Qui vero hic adhuc deſiderantur, excuſſis archiuis, codicibus, et aliis antiquitatum monumentis, ſupleant illi, qui litterariis his eruditorum delectantur minutiis. Nos Noſtra damus!

E

non vice ſimplice eximendo. (*) Duos Gerardum a morte reliquiſſe Liberos, Iohannem ſcilicet et Nicolaum, filios, illis regiis edocemus Litteris, Budae in Vigilia omnium Sanctorum anno 1313. datis, quas ſuper Ternaua prope Eccleſiam B. V. Mariae de Oporouch, quam Petrus Cantor et Nicolaus Canonici nomine Epiſcopi a dictis *Gerardi* Medici filiis numerato pretio coëmerant,

S.

(*) Gerardo hoc priores aetate Regios Medicos praeter *Draconem*, Colomanni Phyſicum, et Regis Stephani IV. *Thomam* cognominatum, nullos in hunc usque diem inuenimus; hic vero quam deteſtando facinore ſuum ciuiumque Hungarorum, nomen foedauerit, pudet vulgo hominum palam facere; itaque ſermone ſolis doctis familiari dumtaxat, Nicetae Acominati Choniatae, Scriptoris Byzantini ſynchroni, Annal. Libr. IV. cap. 1. pag. 67. edit. Venet. an. 1729. referam: *οἱ τῶν Οὔννων ἀντικαθήμενοι τῷ Στεφάνῳ τὰς πρώτας τῶν ἐλπίδων ἐκριζοῦντες βλάστας καὶ ἀποτέμνοντες, τὸ ἐκ περιόδων τε ἐκείνῳ καὶ κύκλων μακρῶν ἀντιπράττειν ἀπολιπόντες, καὶ ἑαυτοὺς πραγμάτων ἀλλοτριοῦντες, ἔγνων ἐκποδὼν ποιήσασθαι δόλῳ τὸν ἀπεχθῆ Στέφανον. Διὰ ταῦτα τὴν φαρμακοποσίαν ἐπηνεκότες, ὡς πρόχειρον ζωῆς κατευνάστριαν, περιεσκόπουν τὸν τὴν θανατηφόρον κύλικα τῷ Στεφάνῳ τοῖς δακτύλοις ὀχήσοντα. Ὡς δ᾽ εὗρον ὑποδρηστῆρά τινα τοῦ Στεφάνου Θωμᾶν λεγόμενον, ἔστησαν τὸν μισθόν. Οὕτω δ᾽ ἦν οξύτατος ἐκεῖνος καὶ δεινότατος ἀνθρώπου καταλῦσαι ζωὴν, καὶ σώματος διαστῆσαι ψυχὴν, πονηρῷ κέρδει χεῖρα ὑποσχὼν, ὡς καὶ οἴκοθεν προσεφευρεῖν ἑτέραν μέθοδον, δι᾽ ἧς εἰς ᾅδου τάχιον καταχθήσεται Στέφανος. Ἀμέλει καὶ ἐν τῷ ἐξαιματοῦσθαι τὴν φλέβα τοῦ Στεφάνου, ἐγχρίεται φαρμάκῳ τὸ ἐπίθεμα τῆς τομῆς· τὸ δὲ ὅλῳ περιχυθὲν τῷ σώματι καὶ διαδραμὸν, καὶ τοῖς καιριωτέροις ἐνσκῆψαν μέρεσιν, ἀπάγει τοῦ ζῆν τὸν ἄνθρωπον* &c. *καὶ ἦν ὁ νεκρὸς αὐτοῦ ὑβριζόμενος, καὶ ὁσίας ἄμοιρος.*

S. Auguſtinus Gazottus. Epiſcopus Zagrabienſis, a Carolo I. Roberto Hungariae Rege impetrauerat.

ARTICVLVS XVII.

GÖMÖRI (*Dauid*) Anno labentis Seculi octauo Roſnauiae Incl. Comitatus Gömörienſis ciuitate montana optimis Parentibus *Dauide Gomöri* et Catharina Wachsmannia in hanc mundi lucem editus eſt: Patre biennio poſt peſte enecto bonae ſpei moxAdoleſcentulum Mater prouida domi primum mox Cſetnekini fideliter iis inbuendum curauit praeceptis, quae fundamenta diſciplinarum et vitae felicis adpellari debent, inde anno 1720. Kaeſmarkinum in Gymnaſium ad audiendum Georgium Bucholtzium, quadriennio elapſo Sempronium ad Deccardum, et tandem Poſonium ad Beerium, celebres Scholarum Rectores auſcultandos inſtitutionis gratia exmiſit. Ita poſteaquam in his muſarum ſedibus ea optumo conſilio praemitteret, quae ex philoſophia, matheſi, hiſtoria, et rerum naturalium ſcientia Medicinam et adtinent et ornant, ſalutari arti ſeſe addixit, redux dum factus eſſet Caſeoforum; heic enim loci Celeb. Medicinae Doctore, incliti Comitatus Scepuſienſis nec non Lib. Regiaeque Ciuitatis Phyſico ordinario, Daniele Fiſchero biennii ſpatio priuato vſus manuductore et praeceptore, eoque fideliſſimo, in vniuerſa medicina laetos citoſque fecit progreſſus, et mox in Academia Ienenſi, quam anno 1731. augendae ſcientiae cauſſa ſemi-medicus adierat, clariſſi-

morum Virorum Ioannis Aldolphi Wedelii, H. Frider. Teichmeyeri. Sim. Paul. Hilſcheri, et Hambergeri Scholas ſedulo frequentauit in omnibus illis ſcientiis, quae Medicum perfectum faciunt ornantque. Totius itaque Medicinae ambitum quam ſollertiſſime emenſus, anno 1733. die 26. Octobr. medici Doctoris honores, qnos iam meruerat, ab Academia Ienenſi petebat, accipiebatque Diſſertatione ideo de Peripneumonia ab ipſo conſcripta, edita, defenſaque. Quum itaque mox ad ciues ſuos, quos ante biennium reliquerat, feliciter rediret, eorum ſe totum vtilitatibus dicauit; in patria ciuitate vix Medicinam facere inceperat, tantum annuo ſpatio conſequebatur exiſtimationis et auctoritatis, vt amicorum aliorumque luculentorum hominum precibus adductus, Iaurinum tranſmigrare conſtituerit; hoc non modo Loco et Comitatu cognomine, ſed circumjacentiquoque, qua late patet, cis Danubium regione a XL. annis integris et amplius ita ſollerter praxin clinicam hodiedum, quantum prouectior aetas et viſus imbecillitas patitur, excercet, vt excellentia eius in medendo merita et cognoſcantur et aeſtimentur in ipſaquoque ſplendidiſſima Principis Eſzterhazy aula, aliorumque Magnatum et Nobilium familiis. Sereniſſima Hungariae Regina, fideliſſima omnium ſubditorum ſuorum Mater, Magna *Maria Thereſia* tanti iudicauit indefeſſum hoc Noſtri ciuibus ſuis artis peritia bene merendi ſtudium, vt inauſpicato feliciſſimi regiminis ſui exordio Eum in verorum Regni Hungariae Nobilium numerum, datis priuilegiorum tabulis, in Comitiis

an-

anno 1741. Pofonii celebratis, benignifsime referre dignata fit. Quia vero artem, vt hoc faltim addere liceat prae reliquis Medicinae partibus, Chemiam a puerili fere aetate vehementer amaret, feruore numquam interrupto aut imminuto, et fumptibus priuati hominis fortunam facile fuperantibus colere nondum defınit, immo Artis aureae Alchemifticae dulcedine delibutus, (*) adfcitis in focietatem non infimi fubfellii Viris pecuniofis fumtus impendentibus, in

E 3 ipfa

(*) Sublimioribus ftudiis his Noftrum admodum delectari, vt ex vngue leonem, ex bis geminis Litteris, ad Amicum hujatem datis, licet cognofcere, quarum priores ad d. 7. Aug. an. 1769. fcriptae funt: *Hermeticae Chemiae ftudio te delectari ex litteris tuis cognofco, cujus cognitione fimplicium decompofitiones, depurationes partium, et depuratorum conjunctiones atque fixationes mire exaltant vim medicamentorum. Ego analyfin Vitrioli fufcepi elaborandam, e cujus corpore* ♌ ⁰₀₀ *et* ⊖ *in metallum virgineum redegi, quo mediante* ☿ *ab omni Ictero depuratus coagulatur in forma butyri, quod mihi* ☿ *dicitur depuratus et animatus. Hic* ⊙ *tanta auiditate foluit et abforbet, vt feruentiffima* ▽ *niues. Hoc compofitum leni calore digeftum coagulat* ☿*ium in corpus friabile, plus minus amalgamabile. Cui fi millies affudero* ▽ *fimplicem, optimo colore* ⊙*reo fuperficialiter tinctum effe obferuo. Hinc patet fine vlla fui corporis imminutione, quia effectus innumerabiles edit, triunum hoc fubiectum effe totum* ☿ *et* 🜍 *et* ⊖. *Sal et* 🜍 *ex effectibus patet fine folutione* ⊖*is.* 🜍 *non tingit, attamen retinet figuram niue candidiorem* ☿*ius. Ifte* ☿*ius* ⊙*ro iunctus* △*i commiffus eft a duobus menfibus, hucusque nigerrimam oftendit figuram diuturnitate corporis, fi poft diuerfos colores albedo accefferit, fpero fore, vt votis refpondeat effectus. Hunc laborem*

viam

ipſa Hermetis Triſmegiſti, auriferi Patris, intima ſacraria iam iam penetrare ſummo ſtudio adla-

viam ſiccam appellant Philoſophi. Vtinam Rev. M M* P* videret, experiretur manipulationem, vpote qui noctes diesque impendens in elaborationem Lapidis philoſophici —— Ez a' Tiſzteletes férjfiu ſokat olvaſott ês ſokatis tud a' termêſzetbeli dolgok felöl mondani, de azoknak corruptiójàt, és regeneratiójàt a' ki nem érti, az Iſtent meg nem eſmérheti a' teremtett àllatokból. Rom. I. 12, ês igy ſoha perfectiora nem mehet. Igaz az, hogy ſubjectum Lapidis philoſophici eſt ♁, ſiue Vacca illa eſt, cujus agitatum Lac, butyrum dat; ſed hoc ſubiectum remotum eſt, proximum autem eſt ille ♎, △eo ▽eus, ⊖ino 🜍eo ☿ialis, per quem in 🜃 generantur metalla: ſed tamen philoſophus non intendit metalla generare, ſed indeterminatum corpus ♎le regeneratum, et ab omni mutabili elemento ſeparatum, quod Eſſentiam vocant philoſophi (Eſſentiae enim ſunt aeternae et immutabiles rerum omnium) quae omnium regnorum et coeleſtium et globi △▽ei eſt generator, corruptor et regenerator in elementatis creaturis, ideo primaterialis illa ▽ coelum et 🜃m conſtituens, ex qua mediante ♎u omnia ſeparata ſunt per Verbum ♎le, quod penes creaturas in creatione manſit, et eſt Ens agens in omnibus. Hoc Verbum iam cognouerunt Sapientes ante incarnationem Verbi, in ſpecie Plato, qui 300. annis antea vixit, et qui teſte M. Petro Lombardo in Margarita ſua pretioſa nouella c. vj. atque D. Auguſtino in Summa Confeſſionum Euaugeelii Ioannis cap. I. a ℣. 1. ad 5tum incluſiue a Platone relicta verba ſtricte Ioannes Euangeliſta et Apoſtolus retinuit. Vnde haec cognitio? Eſt hic ♎, quem intelligere intendit Pápai, Salomonis vapor c. 7. quidam, et diuinae potentiae et ſincera omnipotentis effluentia. Vnde non immerito, Zvelffero referente, numiſmati in praeſentia S. C. M. Ferd. III. ex ☿io in ☉m conuerſo adſcripta fuiſſe ex parte vna:* Diuina metamorphoſis exhibita Pragae 15. Ian. an. 1648. *ex altera parte:* Raris haec vt hominibus nota eſt res, ita raro in lucem prodit. *Laudetur Deus in aeternnm, qui partem infinitae ſuae ſcientiae abjectiſſimis ſuis creaturis communicat. Huius ſcientiae auctor fuit Nobilis Richthauſen, qui ab Imperatore Baronis titulo inſignitus, Dominus de Chaos adpellatus eſt. Dab. Iaurini ad d. 20. Dec. an. 1775.*

laborat. (*) Ante annos nouem ſupra triginta, ſeculi currentis ſcilicet triceſimo ſeptimo, matrimonium cum lectiſſima virgine Iohannis Halvachs et Suſannae Schneideriae vnica quae erat filia herede Maria Suſanna inierat, ex qua coniuge ſuauiſſima decem Liberos, praeter duas Natas hodiedum Filios quatuor, Ioannem, Stephanum, Ioſephum et *Davidem* natu maximum, Patri vt cognominem ita non degenerem et noſtra hic commemoratione digniſſimum, ſuperſtites ſuſceperat; hic *Diſertatione inaugurali de Indole Aëris Hungarici* ſcripta et publicata in ordinem Medicorum Vindobonae anno 1765. adſcitus eſt. Is vbi per triennii moram in comitatu Simeghienſi Phyſici prouincialis munus ſuſtinuiſſet; domum reuerſus, hodie apud Poſonienſes Medici clinici officio rite defungitur.

(*) Plures Hermeticae doctrinae ſectatores ſuperioribus abhinc aliquot retro annis in oris quoque Hungaricis repertos fuiſſe, eoſque in quamdam veluti ſocietatem coaluiſſe palam innotuit ex Edicto publica auctoritate hac fini anno 1768. per vniuerſum Regnum noſtrum promulgato: artem illam ab Holbergio, homine comico, in Arabico ſuo Puluere, nigro depictam colore, praeter alios Bielefeldius quoque Statiſticorum Volum. II. vbi artes et ſcientias reipublicae vtiles noxiaſque enumerat, ne nomine tenus quidem ferendam merito judicat: recte ſane Io. Frideric. Buddeus quaerit in Diſſertatione ſua Halae Magdeb. an. 1702. in 4. edita, *An Alchimiſtae eſſent in republica tolerandi?* Ergone itaque artem hanc tam pretioſam auriferam, a tot tantisque Viris in eminenti loco conſtitutis, eruditione que conſpicuis exercitam non niſi fumos vendere, et foecundarum mentium deliramenta dixeris?

OPERA.

1.) Differt. Philofoph. pro confequendo Magiftri Philof. titulo praef. Ioan. Andr. Segnero. *De Syllogifmo, mathematica noua methodo confcripta. Ienae anno 1732. 4.*

2.) Differt. inaug. med. praef. Joan. Adolpho Wedelio. *De Peripneumonia. Ieanae anno 1733. 4.*

3.) *A' Peftisröl való orvofi Tanátslás, a' mellyben kiki okos értelmének és az orvofi tudománynak fundamentumának út mutatáfa fzerént magának mind az egéfséges teftnek mególtalmazáfában, mind pedig a' dögleletes nyavalyában önnön maga Orvofa lehet.* Iaurini anno 1739. 8. plag. 8. Tractatus ifthic de curanda Pefte patrio fermone concinnatus Nomini Illufttiff. Comitis Ioannis Palffy ab Erdôd, Iudicis Curiae Regiae nuncupatus eft.

4.) *Praxis Medica vfui Apothecae manualis pharmaceuticae accommodata.* Absque anno et loco editionis in fol. plag. 1. Quid de priuata hac morbos medendi ratione, dum medicamenta, ab ipfis Medicinae Doctoribus parari folita, plenis Ciftis, in varios loculos difpofitis, vulgo hominum, fignato pretio, venum exponuntur, fentiendum fit, pridem monuerunt cordatiores Medici, nil adtinet quidquam hic amplius iam dicere.

5.) *De Symbolica Macrocofmi et Microcofmi confideratione Tractatus problematicus, vbi oftenditur idem effe Superius fecundum Hermetem, quod Inferius; et Inferius, quod Superius.* Sed ab Ente neceffario eft incipiendum, et fubfiftendum in aeterni-

ta-

tate contingentium, ſynoptice igitur hic agitur (I.) *De Ente neceſſario* (II.) *De Mundo contingenter neceſſario ante mundum noſtrum.* (III.) *De Iudicio Mundi illius, in quo mundus noſter productus eſt.* (IV.) *De Regno Spirituali* (V.) *De Regno aſtrali, eorumdemque effectibus.* (VI.) *De globo terraqueo.* (VII.) *De Homine, eiuſdemque analogia cum Mundo.* (VIII) *De Terrae motu naturali et praeternaturali.* Adjecta ſunt appendicis loco duo capita (1.) *De Mundo ſubterraneo* (2.) *De ſpiritu mundi.* Manuſcriptum opus hoc, quod phyliris 40. et amplius abſoluitur tempore terrae motus Comaromienſis elucubratum, latet in ſcriniis Auctoris. (*)

6.) *Chaos confuſum occultae Naturae diſtinguibile, problematice definitum, de Ente triuno neceſſario, contingentibus neceſſariis, Spiritualibus, et ſyſtemate aſtrali, et globi terraquei mundum praeſentem conſtituente, vndique triunum ex Ratione et Reuelatione depromtum per Dauidem Gömöri, Med.*

 et

(*) Duplo maiori, quam hoc eſt, Volumine ſcripſit etiam Tractatum Phyſico-theologicum Rev. Paullus Komàromi, in vico Szemere prope Iaurinum Verbi diuini praeco nuper diſertiſſimus, dum fatali illo, quod an. 1764. accidit, terrae motu Iaurinum et Comaromium, vrbes ad Danubium locatae ſatis celebres, mirum in modum concuterentur. Opere hoc MScto in partes III. diuiſo Motus terrae ex tribus primariis cauſſis, aëre, aqua, et terra, inuicem ſumtis, erudite ſatis explicatur methodo a nemine umquam antea tentata. Quia vero non modo phyſica ſed hiſtoricaquoque tantae ruinae in vaſto hoc volumine cum vrbium illarum deſcriptione genuina legatur expoſitio, maximopere optandum, vt defaecatiſſimi ingenii foetus hic in litterariam lucem prodeat.

et Philoſoph. Doctorem, Hermeticae ſcientiae addictum, anno, ab incarnato Verbo, 1775. Laborem hunc annorum XX. hoc adiecto claudit Auctor epilogo: *Iam hic annum agens LXV.* ſubſiſtendum eſſe ab hoc opere decreui, niſi ſupplementi loco diuina luce motus non nulla addere et diſtinctius proponere aetas juſſerit; interim perpende L. B. hoc Chaos confuſum diſtinguibile diſtincte in diuinitate triunitatem, in regno ſpirituali tres angelos; in aſtrali regno Lucem, ſolem, et lunam; in arte tria principia, 🜔 🜍 ☿; in globo 🜃🜄eo regnum animale, vegetabile, et minerale; ex ∇ et Ω entia contingentia producta, ex vno in tria diuiſa, et tria in vnum redacta.

7.) *Repetitio et ſupplementum operis de Chaote confuſo diſtinguibili adnexum, ſiue Reformatio rerum omnium hiſtorice hactenus cognitarum catholice diſtincta.* Opus hoc MScptum teſtamento haeredibus relictum, et Filio Stephano, Aeſculapii ſectatori inſcriptum, his verbis concludit: *Haec ſunt, quae. §. 149. promiſeram reuelata, Tibi clarius paucis verbis et experimentis theoriam oſtendere vel ideo non poſſum, quia Sigilli Hermetis violatoribus grauis poena a diuino numine impoſita eſt, vel morbi vel mortis, vel aeternae ſalutis iactura. Breuibus tamen adaperui vere dignis tam materiam quam ſolutionem, mortem et vitam regeneratione aeternam. Lucem a tenebris, ſolem ab umbra ſeparata inuenies: diſcrimen inter ſpiritum, animam et corpus diſtinctum, in diuinitate et principiis Lapidis theoſophice et phyſice agnoſces. Nouum coelum et nouam terram*

ram cum ſuis elementis per judicium Ignis producta conſpices —— ſi limato iudicio, deuoto animo perluſtraueris contenta huius Libri —— Ex Lapide Chriſtum naturaliter agnoſcere, et ex Chriſto Lapidem Theoſophice diſcere, ſumma eſt ſapientia!

(8.) *A' Bodajki Ferdö oruoſi Viznek eredetéröl, és azzal való haſznos Eléſéröl röuid Ertelem.* Libellus hic ſingularis de Thermarum in vico non ignobili Comitatus Albenſis Bodajk ſcaturientium origine, examine et vſu ſalutari, vernaculo ſermone anno 1770. elaboratus, ni mors Illuſtriſſ. Lib. Bar. Luſinſzky, Colonelli, interueniſſet, iam fuiſſet typis exſcriptus. Non vacat reliqua, quae a foecundo acutiſſimi Viri huius Theoſophi ingenio profecta ſunt, in noſtras has tabulas referre Opera. (*)

AR-

(*) Qui apud Iaurinenſes Medici partes umquam obiiſſet, *Paulo Fuicnichio* vetuſtiorem nondum quemquam reperimus, is ſeculo XVI. ad exitum vergente tale Petro Hereſinczy, Epiſcopo Iaurinenſi, Lapidi inciſum poſuit epitaphium, quod olim in Eccleſia loci cathedrali deſcriptum Inſcriptionum mearum Breuiario puer inſerueram, et poſtea *Laurentius Károlyi*, Epiſcopus Scardonenſis, in *Speculo Iaurinenſis Eccleſiae* pag. 17. edit. Iaurin. an. 1747. in fol. publicauit:

Reuerendiſſimo D. D. Petro Hereſinczy, Epiſc. Iaurin. et Com. perpetuo. S. C. Regg. M. ſummo per Hung. Cancellario, et Conſil. Paulus Fuichich, Phil. et Medic. Doct. Patrono meritiſſimo P. Obiit Pragae X. Iun. MDXC.

ARTICULUS XVIII.

HAMBACH (*Ioannes*) Florentiſſima fuit per longam annorum ſeriem in Ducatu Iuliacenſi nobiliſſima *Hambachiorum* familia, a caſtro palatinali *Hambach* adpellata, quoad ſuperiori ſeculo fatorum iniquitate ſolum vertere cogeretur. Ioannes quoque *Hambach* per id tempus Hungariam ingreſſus eam diui Imperat. et Regis Hungariae Ferdinandi munificentiam erga ſe expertus eſt, vt priuilegiorum nobilitarium Regni Hungariae tabulis liberaliſſime donaretur. Hunc patrem exoſculatus eſt iunior Noſter Ioannes de *Hambach* an. 1682. in hanc mundi lucem Eperieſſini editus, ibidem in bonis moribus et artibus educatus, augendorum ſtudiorum cauſſa in exterarum nationum Academias proficiſci conſtituit apud animum, liberali Medicinae Doctoris et Lib. Baronis ab Hellenbach adiutus munificentia, primumquoque Francofurtum ad Viadrum conceſſit, inde Berolinum digreſſus, mox Vittebergam commigrauit; heic loci ita feliciter coepta ſtudia medica, quibus ſe totum mancipauerat, fideliſſimis praeceptoribus perſecutus eſt, vt an. 1710. praeſide Ioan. Henrico Heuchero, Regis Archiatro, publice diſputando Licentiam ad exercendam artem Apollineam capeſſiuerit, eo quidem cum inſigni auditorum ſuorum adplauſu, vt celſiſſimus Princeps Polonus iunior Wiſnyavitzky, qui panegyrin hanc ſollemnem academicam ſua cohoneſtauit praeſentia, ad curam ſanitatis Parentum tuendam, oblato honeſto annuo ſtipendio, in Poloniam inuitarit: at fidem fautoribus

do-

domi datam liberaturus maluit in Hungariam ad ſuos relictos redire penates, et hic futuram fortunarum ſuarum ſedem figere. Id labentibus annis nominis celebritate indeptus eſt, vt Incl. Comitatus Saaroſienſis prouincialem ſuum denominaret Phyſicum, quo munere XL. annis integris laudabiliter defunctus, Eperjeſſini viuere deſiit an. 1759. aetatis ſuae LXXVII. Dum frequenter in vicinam Poloniam a plerisque regni primoribus inuitatus fuiſſet ſubinde excurſiones, et feliciſſimam vndiquaque exercuiſſet praxin clinicam, hac permotus medendi dexteritate Poloniarum Rexquoque Auguſtus II. ſuum dixit archiatrum, et honorifico Eum Diplomate regio, pretioſo Torque ſtipato, benigniſſime inaugurauit. Quod vero in exordio labentis ſeculi, vix decurrente prima annorum decade, lues peſtifera Saaroſſienſes, Zemplinienſes, Bereghienſes et Vnguarienſes adfligeret, eoque ipſo malo mox anno 1739. et 1740. in iisdem prouinciis recrudeſcente, ſolus fere *Hambacherus* eſſet, qui collapſos infectorum animos intrepide manu medica ſolaretur, ob id ſane Zablerus in Memoria Medicor. Thorunens. grata ciuibus in omne aeuum duratura concelebrauit memoria p. 705. ſeq.

Floret adhuc magnis Medicis Fragopolis alma,
Hambachero felix, cui ciuica multa parata eſt
Quercus ob ereptos ciues, latamque ſalutem.

O P E R A.

1.) Diſſert. inaug. med. praes. Ioan. Henrico Heuchero. *De Chirurgo inſonte*. Vitteb. an. 1710. in 4. plag. 7.

2.)

2.) *Hydrologia, seu Historia regni aquosi in qua ad imitationem regni animalis, mineralis et vegetabilis, penitior non modo soteriarum sed omnis generis aquarum theoria ad amussim hydrostaticam, traditur.* (*) Editionem mors optumi Maecenatis, Archipraesulis, Comitis Francisci Barkóczi, interuertit, qui illam typis Tyrnauiensibus procurandam iusserat.

3.)

(*) Qui de Aquis Hungariae, et in primis soterriis scripserunt, operae pretium nos facturos existimauimus eorum hic offere lectoribus catalogum: *Georg. Wernher* Hypomnemation de admirandis Hungariae Aquis. Basil. an. 1549. in fol. reliquae editiones vid. in Artic. *Steph. Csiba* Differt. Historico-physica de admirandis Hungariae aquis. Tyrnav. 1713. 12. *Traianus Beneschouinus* Thermarum Trenchiniensium laudes elegiaco cecinit carmine. Trenschin. an. 1642. 8. *Andr. Herman* Commentariolus Historico-medico-physicus de thermis Trenchiniensibus. Lips. 1726. 4. plag. 8. *Thom. Iordanus* quoque multum disseruit de Thermis Trenchiniensibus in Commentariolo de aquis medicatis Morauiae. Olomuc. an. 1580. 4. Francof. an. 1586. 4. *Paul. Adami Pannon.* Hydrographia Comitatus Trenchinensis. Vien. an. 1765. 8. plag. 6. *Ierem. Scholtz* Descriptio thermarum Wolfffensium ad Sempornium, quae ignis beneficio calefiunt. Csepreg. an. 1631. 8. *Andr. Conrad* Kurtzer Unterricht von den Wirkungen und nützlich. Gebrauche des Wolfffer Bades bey der Königl. Freystadt Oedenburg. Sempron. an. 1772. 8. *Andr. Loew* Succincta descriptio duorum Hungariae medicatorum fontium, quorum alter penes lacum Pisonium in Semproniensi Comitatu ad pagum Wolffs, alter in Castriferrei comitatu penes Pinkafeld enascitur, Legitur in Append. Act. Nat. Curios. Vol. IV. pag. 1. seqq. *Paul. Spindler* obseruatio de acidulis Pinkafeldanis exstat in Centuria sua Obseruation. medicinal. pag, 17. *Ignat. Wetsch* Examen chemico-medicum aquae acidulae Pinkenfeldensis. Vindob. an. 1763. 8. plag. 2. c. fig. aen. 1. *Laurent. Stocker* Thermographia Budensis, s. Scrutinium physico-medicum aquarum medica-

3.) *Lommius Rediuiuus.* In opere hoc MScto, tribus tomis abſoluto, praxim ſuam clinicam, adiunctis ad quemlibet morbum propriis obſeruationibus, et haud obuiis euporiſtis, popularibus conſulturus, concinne deſcriptam exhibuit. Quam benigne de his medicis Noſtri conatibus ſenſerit Ill. L. Baro van Swieten, ex litteris ad eum Vindobona 22. Apr. an. 1758. datis, quas lego, licet cognoſcere.

SA-

dicarum Budae ſcaturientium. Vien. an. 1721. 4. repetita Budae an. 1729. 4. plag. 18. *Carol. Otto Moller* Sklenenſium thermarum et Vihnenſium hiſtorico-phyſico-medica deſçriptio, inſerta prodromo Hungariae Belii Libr. III. cap. V. *Io. Ad. Furlani* Examen phyſico-medicum de Thermis Rakoſienſibus. Sempron. an. 1738. plag. 8. *Ioan. Liſchouini* Scrutinium phyſico-medicum aquarum Stubnenſium. Tyrnav. an. 1748. 4. Plag. 8. *Ioan. Ad. Rayman Specimen* generale examinis acidularum in Comitatu Saaroſſienſi ſcaturientium, proſtat in Nov. Act. Nat. Cur. Tom. III. obſerv. LII. *I. Ioan. Torkos* Schediaſma de thermis Pöſthenienſibns. Poſon. an. 1745. 8. plag. 4. *Idem* de thermis Almaſienſibus. ibid. an. 1746. 8. plag. 5. *Dan. Fiſcher* Deſcriptio fontis foetidi, vulgo Sulphurei Leibizenſium. Legitur in Annalib. Phyſico-medic. Vratislav. Supplement. IV. pag. 103. ſeq. *Idem* Deſcriptio Acidularum Nagy-Szalokienſium, cum collatione cum reliquis acidulis comitatus Scepuſienſis. ibid. pag. 120. ſeq. *Georg. Buchholtz* Rauſchenbacianarum thermarum noxio et innoxio vſu. Inſert. Annalib. Phyſico-medic. Vratislav. Tentam. XXXVI. pag. 618. ſeq. *Dav. Wipacher* De thermis Ribarienſibus. an. 1768. 8. plag. 6. *Sam. Dombi* Relatio de mineralibus Comitatus Borſodienſis aquis. Vindob. an. 1766. 4. plag. 3. *Petricius* de Ruſbachenſibus et Leuckouienſibus thermis in Scepuſio. *Brownius*, *Tollius*, *Brüchmannus* in ſuis itinerariis, *Caryophili* Diſſert. epiſtol. et alii paſſim multa de Hungariae aquis commentati ſunt. *Ioannes Lazar* quoque, Comes, cecinit laudes acidulae Löuetenſis in Oper. Poëtic. Claudiop. an. 1765. 8. pag. 156. ſeq. Nouiſſime praeter alios *Luc. Wagner*

SAMVEL HAMBACH, laudati Habacheri filius, ex matre, Samuelis Breueri, celebris typographi Leutſchouienſis filia, Laurentii nepte, quae octuagenaria maior Eperieſini haud ita pridem viuere deſiit, ſuſceptus, in patriis ſcholis humaniores edidicit litteras, et mox academicis ſtudiis maturus factus, cognitionis ambitum amplificaturus, ex parentum conſilio in exteras oras excurrit, vbi Matheſin et Phi-

ner Diſſert medico-chemica" de Aquis medicatis magni Principatus Tranſiluaniae. Vien. an. 1773. 8. pl. 6. *H. I. Nep. Crantz* Analyſes thermarum Herculanarum Daciae Traiani, celebriorumque Hungariae. Vien. an. 1773. 8. plag. 6. Celebratiſſimus hic Vindobonenſium Medicinae Profeſſor reliquas quoque Hungariae aquas medicatas, publicis conſulturus vſibus, ex lege artis examinare iam iam conſtituit, vnde non vana ſpes adfulget fore, vt Illuſtriſſimi *Swietenii* effatum illud veriſſimum fuiſſe dignoſcatur, quod in Eius Epiſtola ad d. 22. Febr. an. 1770. ad me data legere meminerim: *Nullus dubito, quin illos fontes, quos magnis ſumtibus aduehendos procul curamus, poſſideamus ipſi. Aquas Spadanas et Selteranas ex Hungaria allatas vidi ipſe* etc. Plures ſunt Viri patriae eruditi, quorum inſtituta cum ſalutaribus Hungariae Aquis tentamina, Prelo deſtinata in ſcriniis coguntur delitescere: *I. Ioan. Torkos Sen.* Deſcriptio acidularum Incl. Comitatus Zolienſis, et nonnullarum aliarum iunctim quadragenarum in IV. claſſes diſpoſitarum, vid. in artic. *Ioan. Torkos Iunior.* Thermarum Sklenenſium et Vihnenſium, vt et acidularum Bukouienſium, Szdanyenſium, et Ebedeczenſium, ſingularum in Comitatu Barſienſi ſcaturientium deſcriptio. *Steph. Hathvani* Thermae Varadienſes, Examini phyſico-medico ſubjectae; de illarum vſu ſalutari, ſimul cum obſeruationibus medicis, nec non de Sale medio in iis contento. Salutem *Thermarum harum Varadienſium vſum* iam ipſiſquoque Romanis in Dacia hac noſtra olim degentibus cognitum fuiſſe docuit ex Grutero *Franc. Maria Bonada in Anthologia* ſua, edita Romae an. 1751. in 4. vol. II. claſ. I. Mo-

num =

philoſophiam rationalem egregio nexu cum arte Hippocratica coniunxit, et tandem an. 1742. die 9. Maii Halae Magdeburgicae honores et priuilegia Doctoris medici ſollemni

---

num. LXVII. vbi pag. 119. haec leguntur:

In Tranſilvania ad Waradinum in Thermis. Grut. XXXIX. 8.

Dat. tiBI. MARMOREO. CAESAM. DE. MONTE. DIANam.
REGINA. VNDARVM. NYMPHA. DECVS. NEMOrum.
voTO. DAMNASTI. PERFECTA. QVEM. PRECE. BASSVS.
MOENI. TE. PRORTER. MOENIA. GERMISARAE.

Cuperus in *Harpocr.* pag. 233. ſic ſupplet Lapid. cujus hic eſt ſenſus: *Baſſus, quem prece perfeeta damnaſti voto, tibi, Nympha, Regina vndarum, dat dedicat Dianam,* eius videlicet ſimulaçrum. In fine legendum cenſet *Gruterus* pro MOENI. TE. MOENITAE. ſeu *munitae.* Sed praecipuam, vt hoc ſaltim addere liceat, meretur Medicorum patriae noſtri aeui adtentionem, fatalis ille Hungariae Regibus, Fons examinandus, de quo *Philippus Camerarius* Horarum ſubciſivarum Centur. III. pag. 50. 51. ſequentia retulit in Litteras: *Simile portentum apparere ſcribitur in loco, quo olim Traianus Imperator debellaturus Decebalum Regem, pontem ſuper Danubium conſtruxit, cujus fragmenta hodie adhuc exſtant cum Inſcriptione: TRAIANI NERVAE FILII CAESARIS VERE PONTIFICIS. Ibi haud longe fons ſcaturit, qui S. Crucis vulgo dicitur, et magnis miraculis claret. Quoties enim Rex aliquis Hungariae vel moritur, vel periculum aliquod ſubire cogitur, aqua fontis in cruorem vertitur, ad multos hominum languores, quibus medetur, haud inutilis. Quod accolis longe lateque patet, et longa experientia comprobatum eſt, ſicut Cuſpinianus obſervauit.* Haec ea, qua emta ſunt, vendiquoque a nobis fide noverit Lector beneuolus. Sed fons hic multo aequiorem laudatorem naçtus eſt *Nico-*

ni ritu consecutus est. In Hungariam triennio elapso regressus, praxim clinicam in patria ciuitate auspicatus est, paullo post in Comitatum Gömöriensem inuitatus, prouincialis Physici spartam intrauit, eam tamdiu indefessa exornauit industria, quoad Respublica XIII. oppidorum in Scepusio Polonica, quae iam XVI. oppidorum Iuris est Austriaci, ciuium salutis et valetudinis priuatim ac publice curandae praesidem constitueret. Traditam sibi hanc prouinciam in hunc vsque diem cum laude a pluribus retro annis administrare serio inteleximus; nec ab ea se quoquam modo auelli patitur, licet magistratus

Incl.

Nicolaum Olahum, Metropolitam Strigoniensem *in Hungaria* sua editionis Kollarianae pag. 76. verba auctoris non piget in has schedas referre: *Non procul a Severino, arce infra Trajani pontem, fons dicitur scaturiens, quem accolae S. Crucis nominant; cujus aquam, multis accepi conferre corporis languoribus, nihil immundi intra se eontinere, mortuorum animalium cadauera, experiendi gratia eo projecta, paullo post eiecisse: faces, nescio quas, ardentes noctu isthic videri. Has ob res etiam Turcis fontem in magna esse veneratione. Haec ego olim audivi a servis Barnabae Belay, Bani ejusdem loci, penes quos fides rerum habeatur.* Lectu digna sunt, quae *Io. Benedictus Grundel* de *Acidulls Rojtschensibus* retulit in sua *Roitschocrene* Vien. an. 1685. in 8. In hoc enim Libro reuelat, qua ratione suas acidulas examinaverit, late et fuse recensitis omnibus processibus, quod desideratur in omnibus fere hydrographis, qui hactenus aquas salubres oppido varias descripserunt, viam vero et methodum, qua sunt in examine istarum vsi, reticuerunt: quantum vero *Marcus della Fratta, Montalbanus Marchio, dell' Aqui minerali d' Hungaria*, Venet. an. 1687. 4. edit. praestiterit, nostram non multum moratur adtentionem. Claudat agmen *Car. Anton. Woita* Examen Physico-medicum Thermarum Sklenensium. Vien. an. 1753. in 4.

Incl. Comitatus Saaroſſienſis quoque in locum defuncti Phyſici ſui, Raymanni, Anno 1771. litteris publicis teſtibus, ſufficere adlaboraverit.

OPERA.

1.) Diſſert. inaug. med. Praes. Ioan. Gottlob Krügero. *De Theoriae Phyſicae tubulorum capillarium ad corpus humanum applicatione.* Halae Magdeb. an. 1742. in 4. plag. 6. c. tab. aen. j. Honoribus nuncupata eſt Illuſtriſs. Comitis Thomae Szirmay de Szirma Beſſenyö et Cſerneḱ, ſuppremi in Comitatu Saaroſſienſi Comitis etc. quem Gallico ſermone panegyrico in praefixo prooemio adfatus eſt.

2.) *Notitia indolis et vſus medici Scaturiginum Ruſchbacenſium recenſente Samuele Hambach, Phil. et Med. D. vt et Prov. XVI. opp. Reg: Dominorumque Lublo et Podolin Phis. ordin. In* eo eſt eruditiſſimus auctor, vt luci publicae MSctum hoc exponatur, in quo aquas ſoterias nova, eaque prorſus ſingulari methodo, examinare docuit, et dicta ſua obſeruationibus ab experientia petitis egregie firmauit.

ARTICULUS XIX.

HERCZEGH (*Ioannes.*) In Lib. Regiaque hac Ciuitate Debrecinenſi Patre Andrea Herczegh, viro Nobili, patriae vrbis ſenatore in hanc mundi lucem Kal. Februar. an. 1678. progenitus eſt. Iactis in patrio Lycaeo primis litterarum fundamentis, anno ſeculi praeterlapſi

nonagesimo secundo die 15. April. Studiosorum togarotum coetui adgregatus est: Id feruore et singulari studio effecit, vt variis, litterarum in primis, quae ab humanitate dicuntur, locupletatus doctrinae thesauris, celebres Musarum, quae Francofurti ad Viadrum morantur, sedes adire potuerit, Franequerae Frisiorum praeprimis, quam in ipso labentis seculi exordio intrauerat, ampliandorum studiorum suorum sedem delegit, heic loci philosophicis, mathematicis, physicisque, sed Medicis potissimum adeo sollerter incubuit studiis, vt in salutari arte hac, dum fasces Academicos Guilielmus Coetier teneret, summosquoque die 13. Sept. an. 1703. experientissimo Petro Latane, Med. Doct. conferente, indipisceretur honores et titulos. Reuocatus domum ab Vrbis patriae Primoribus, die 7. Maji an. 1704. scholarum curatores officium docendae Philosophiae eidem tradiderunt, cui etiam sed nimis breuiter, nouennii saltim spatio ita praefuit, vt spartam sibi datam exornaret optume. Collegium Doctorem sedulum, et doctum, aegroti Medicum peritum et felicem, discentes autem praeceptorem dilectum ingenuumque diu lugebant. Ex vxore Susanna Sárándi, Danielis Sárándi, senatoris ciuici filia, quam, mense Apr. an. 1713. mortuus, viduam reliquerat, plures suscepit liberos, Ioannem in primis, Virum postea ordinis senatorii consultissimum, commemoratione nostra hic dignissimum, qui ad d. 13. Apr. an. 1767. inter nos viuere desiit. Meminit Nostri Paullusquoque Ember, Debrecinensis Sacrorum Antistes, in Historia Eccles.

Hungar.

Hungar. a Lampe Vltraj. an. 1718. in 4. edit. pag. 634. (*)

OPERA.

1.) Differt. philofophico-med. inaug. *De Lapide Herculeo, eiusque virtutibus in haemorrhagia narium* Franeq. an. 1703. in 4. plag. 5½.

2.) *Peftis per Regnum Hungariae an. 1709. et 1710. graffantis cura.*

3.) *Lineamenta Philofophiae rationalis in vfum tironum elaborata.* Codices hi manferunt manu exarati.

4.) *In Honore Pofthumo*, quem magno Nomini Cl. *Martini T. Szilágyi*, Proffefforis per XXX. annos famigeratiffimi, Fautores, Gymniftae, Amici, Difcipuli, prid. Non. Ian. detulerunt, Debrecini per Georg. Vincze an. 1700. in 4. plag. 7. impreffis, ita mortem praeceptoris fui luget Ioannes Herczeg, de Debr. S. D. C.

Cum trijugis iam Phoebus equis, et Delia bigis
Peftiferis, luxiffet agris, moriendo minantis,
Coeleftis, poenamque Patris portaret in vrnis;
Annonis tunc Myfta fuis ditatur in altis
Syluanis, aliifque diu laetare difertis
Eximiis ditata choris ftudiofa Iuuentus.

ARTICU-

(* Exhibet Auctor l. c. Catalogum Profefforum Ill. Collegii Helv. Confeff. addictorum Debrecinenfis, fed quia is ibi mancus eft, nos hic integre contextum dabimus: Ioan. Lafcovius, an. 1577. Fabianus Pifo

ARTICULUS XX.

HVNYADI (*Franciſcus*) a patria ita cognominatus, inſignibus doctrinae ſubſidiis in Tranſiluania praemunitus iter in Belgicas oras ſuſcepit, nobiliores Angliae et Galliae Scholas perluſtrauit, et nouiſſime in Italiam penetrauit, ibi praecipuam ſedem Gymnaſium Patauinum ſibi delegit, et quia Medicinam philoſophiae amico ſimul iniunxiſſet connubio, in ſollemni academiae panegyri Doctorum Medicinae laurea coronatus eſt: poſteaquam vero peregrinum illud ſolum cum patrio denuo commutaſſet, ita celeriter medendi promtitudine inclaruit, vt apud Stephanum Bathorium, nuper Tranſiluaniae Principem, nunc Poloniarum Regem, ſplendidum Archiatri locum occuparet, et illo mox an. 1586. e viuis ſublato, eamdem apud Sigiſmundum quoque Bathorium

Piſo Bollienſis, an. 1579. Ioan. Taraczk Debretzeni, an. 1588. Emer. Sz. Ujjfalvi. an. 1596. Steph. Detſi, an. 1599. Steph. Debreczeni. an. 1609. Mich. Eſzeki, an. 1610. St. Nyilas Melotai, an. 1610. Paul. Kis-Marjai Matthaeus Ketskeméti, an. 1629. Steph. Medgyeſi. an. 1634. Steph. Mányoki et Stephan. Szokolyai, an. 1648. Paul Cſiba Téjfalvi, Georg. Cſipkés Komáromi, S. S. Theol. D. an. 1651. Steph. Budaeus, AA. LL. M. Sam. Lippoi. Georg. Martonfalvi. S. S. Th. D. an. 1661. Steph. K. Dioſzegi. S. S. Th. D. Ioan. Pellionis Debreczeni. Laur. Ujj-Laskoi. Mart. Tönkö Szilágyi, an. 1669. Paul. Liſznyai, an. 1677. Georg. Vecſei, an. 1692. Ioan. Cſergö Kotſi, an. 1694. Stephan. Király Debreczeni, Med. Doct. an. 1700. Stephan. Huſzti, Med. Doct. an. 1700. Mich. Vári, Phil. Doct. et LL. AA. M. an. 1701. Ioan. Herczeg Debreczeni, Med. Doct. et Georg. S. Ketskemeti, an. 1704. Steph. Szödi, et Ioan. V. Dállyai, an. 1712. Paul. P.

rium electum Tranſiluaniae Principem rite ſuſtineret dignitatem, cui in toto principatus ſui regimine tam arcto fidei adhaeſit vinculo, vt ne exſulantem quidem vacillantis ingenii Principem ad extremos vſque vitae dies vmquam deſeruerit. Virum exſtitiſſe varia eaque ſolida eruditione et liberaliori in primis ingenio clariſſimum docent egregia facta et ſcite dicta quam plurima; vnum, quod notatu digniſſimum exiſtimauit, adduxit Rev. P. Bodius in Athen. Hungaric. in artic. pag. 113.

OPERA.

1,) *Epigrammation Franciſci Hunniadini, Tranſiluani*, in Opus Hieronymi Mercurialis de *Morbis Puerorum;* quod Ioan. Groſceſius P. et Med. D.

P. Cſengeri, 1715. Martin. Szilágyi, et Mich. H. Komáromi, an. 1718. Steph. Tönkö Szilágyi, an. 1723. Ioan. Sáska Tabajdi, an. 1725. Georg. Maróthi an. 1738. Sam. Szilágyi, an. 1742. Steph. P. Szathmári, an. 1747. Steph. Hathvani, Med. Doct. an. 1749. Ioan. Varjas, (†) an. 1751. Nicol. Sinai, an. 1760.

(†) Bella in republica litteraria inuentio lectum Varjaſianum hoc nomen, vt id ſaltim adiicere liceat, reddidit nouiſſime omnium inter patriae ciues eruditos quam celebratiſſimum, multis enim nominibus laudatus Profeſſor iſte *Elegiam veri nominis, poſt tot ſecula ab inuentis Elegis primam, et ipſam Hungaricam*, ſtanno Debrecinenſi ante biennium publicauit, in qua praeter vnam litteram vocalem *e* absque reliquarum mixtura per totum Carmen nullam aliam adhibuit. Propria haec et admiranda Linguae noſtrae laus eſt, et nulli forte orbis vniuerſi nationi familiare vt, qua, praeter Hungaricam, vna eademque adhibita in omnibus ſyllabis vocali, ſermonem de rebus variis opinione longiorem inſtituere liceat.

D. ex illius ore exſcepit, et ſenatui Poſnanienſi an. 1583. Patauii inſcriptam, Venet. an. 1588. in 4. edidit. Carminis elegantia ſuasit, vt illud ex toto hic repetatur:

Ecqua poli regio, triſidi quis angulus orbis,
Quodue latus terrae laudum eſt immune tuarum,
Mercurii foecunde nepos? Iam gloria teſtes
Deſerit occaſus, alioque renaſcitur orbe;
Te Rhodani, Rhenique cohors, te Sarmatis arctos,
Te Scytha, te Myſus, Dacique Getaeque loquuntur,
Certatimque tuum praeſcribere pagina nomen
Ardet, et ingenii monimenta propagat in aeuum,
Felix ſorte tua, et gratis tam diues alumnis.
En ſeries operum tota circumſonat arcto.
Te procerum coetus omnis, te purpura, te omnis
Bibliotheca petit. Vultu tibi fauit amico
Bellipotens populi paſtor, tibi panditur omnis
Regia; ſeu Natis, ſeu tu naſcentibus almam
Addis opem, te naſcentes natique ſalutem
Rite vocant, te aetas omnis, te ſexus vterque,
Conditioque colit, puer hinc juuenis que medelam
Grandaeuus, quo viuat, habet, quo germinat infans,
Tu Regum ſceptris auliſque infeſta venena
Arte fugans, menſis innoxia pocula miſces.
Abſiſtunt trepidae mortes, inuitaque Clotho
Fila trahit, Lacheſiſque dolet ſua penſa reuolui,
Sponte ſua ſaeuae priuigna venena nouercae
Ebibit, impune inuiſos non ulla clientes
Fraus perimit, paſcuntque ſuos aconita colonos:
O hominum vitae, o communi Nate ſaluti,
Non ſic clara ſuum iactauit Piſa Tonantem,
Illuſtresque ſuos Rhodos aurea ſole coloſſos,

Talis

Talis Apolliriea proſtratus gymnade Python
Poena renaſcentum exutus vitaque ſoloque,
Matris onus pulſauit humum, ſic Herculis Hydra,
Hydra ferae Iunonis honos, face, cuſpide, claua
Concidit, et matrem maculauit ſanguine Lernam.
Ergo beata Viris Poſnania, ſancta ſenatu,
Excipe phoebei tam nobile munus alumni,
Te geminae decorant claues inſignia clara,
Panditur iis via virtutum, nunc tertia clauis,
Qua vitae reſeratur iter, quae ſecla recludit,
Acceſſit. Gaudete patres, queis dulcia curae
Pignora, vos opus hoc pueri creſcente juuenta
Nocturna verſate manu, verſate diurna,
Veſtra ſalus agitur primaeuo in limine vitae,
Hinc ſenium, hinc ſericea vos ſperate nepotes.
Patauii an. 1683.

2.) *Votiuum Franciſci Hunniadini Tranſiluani*, in editionem Operis *Hieronymi Mercurialis De Venenis et morbis venenoſis*, quod ex illius ore exſcripſit Alb. Scheligius, et Stephano Bathorio Regi Poloniae dedicatum edidit Venet. an. 1588. in 4. Carminis ſuauitas prodit inſignem noſtri in fingendis verſibus facilitatem:

Parue Liber, gelidos mundi viſure Triones,
Illa tot heroum genitrix, tot honoribus aucta
Aula adeunda tibi eſt, Scythiaeque ſuperba trophaeis,
Hic vbi bella ducum cupido perlegeris ore
Edomitum Tanaim, et fractae Maeotidos, arcus
Diuitiis confiſe tuis, audacter adito
Diuini penetrale Ducis, proſternere ſupplex,

F 5 *Atque*

Atque Vnctum venerare Dei, genibusque volutus
Debita magnanimo defiges oscula Regi.
Ille licet numquam curarum pondere liber,
Te tamen aspecto discussa nube parumper
Liberior, paulumque suus, te fronte serena
Excipiet, magni diuina oracula Vatis,
Magna decent magnos, tu nempe potentibus herbis
Nigra venena fugas, vitamque in secula differs,
Ille venenatos ferro et face conficit hostes.
Macte bonis annis, Rex inuictissime, rerum
Certa salus, atauis soboles non degener Hunnis,
Quo nascente fluunt anni meliore metallo,
Quo nascente redit viuus color vrbibus aegris,
Quo nascente audent canae procedere leges,
Inuenies virtute viam, tua numina Ganges,
Et septem gemini formident hostia Nili.
Tu vero lux Arctoae clarissima gentis,
O Iuuenis, tibi quid tanta dabit indole dignum
Posteritas? quali pensabit munera lucro?
Vltra Pyramides, annosaque Mausolea
Duret honos, nec te premat inuida nube vetustas.

Patauii an. 1583.

3.) *Versus lugubres posthumis Stephani Regis Poloniarum honoribus nuncupati*, et Cracouiensibus typis an. 1588. publicati: placet *laboriosum Distichon,* quo defuncti heri sui annum, aetatem, regnum, mensem, diem et diei partem obitus expressit Noster hunc in modum, hic adscribere:

VIX noVIes seX bIs qVInos reX VIDerat annos,
BIs senI bIs sena haVsIt noX anXIa MensIs. (*)

ARTICU-

(*) Quandoquidem Versuum horum lugubrium exemplaria omnia fere iam interciderint, et nonnisi aliqua

qua eorum fragmenta apud Wolffgangum Bethlenium Hiſtoriarum Tranſilvanicarum Lib. IX. pag. 396. ſeqq. edition. Keresdin. an. 1687. in fol. nobis e naufragio conſeruata ſint, ex Libro hoc Bethlenii omnium certe rariſſimo, quia, exceptis ſolis tribus quatuorve exemplis, feruente adhuc Typothetarum opera, nequam Turca diripuit, ſolam Huſztii noſtri *Monodiam ad Tumulum Diui Stephani Regis* decantatam in chartam hanc inſcribam, quem excellentiſſimus iſte Hiſtoricus Lib. cit. pag. 646. ob plures ejusmodi jucundos ingenii foetus Inſignis ſui temporis Pöetae nomine cohoneſtat:

Quo feſſum queremoniis
Declinem caput? Hei quibus
Me me luctibus obruam?
Hei dolor dolor!

Vita mors mihi dulcior,
Curarum quies horrida,
Supremum propera diem,
Hei breues roſae!

Supremum occidit, occidit
Vitae vera ſalus meae,
Noſtri gloria ſeculi.
Hei dolor, dolor!

Vt roſae, vt breue lilium,
Quae ver educat herbidum,
Vt Sol irrubuit grauis.
Hei breues roſae!

Moerent languidulum decus,
Marcent viuidulum caput,
Et matrem repetunt humum.
Hei dolor dolor!

O Lux, O animae meae!
Iucundum Iubar! Hei mi
Tempeſtatibus in mediis.
Hei breues roſae!

Cur nos deſeris, O pater!
Irritata tot hoſtium
Inter tela minantium?
Hei dolor dolor!

Ceſſant iuſtitia fora,
Legum conticuit tenor,
Europae cecidit nitor.
Hei breues roſae!

Aeterna vice temporum
Durus ſic rotat ordo res,
Diuum ſic agit arbiter.
Hei dolor dolor!

Nunc tellus violaribus
Ridet verſicoloribus,
Nunc bruma riget horrida.
Hei breues roſae!

Vt ſol auricomum caput
Nunc perlucidus aperit,
Nunc injurius operit.
Hei dolor dolor!

Buſtum, qua licet, o Pater!
Iuſtis verto doloribus,
Herbis ſuaue virentibus.
Hei breues roſae!

Inter Elogia vero Regis eiusdem, vt, neglecto reliquo carminum genere, hoc arte fabrefactum Nro. I. adiiciam ſaltim Elogium:

Dacia,

Dacia, Muſa, Fides, Gradive, Polonia, Roma,
Funde, reſolue, riga, proiice, ſterne, ſeca,
Planctus, ora, genas, galeam, diadema, capillos,
Corde, elegis, ſletu, vertice, fronte, manu.

Naenias lugubres Elegiaco Carmine Hungarico, ab archiatro hoc ſcriptas, et ad tumulum Regis defuncti decantatas, eruditiſſimus Patriae Civis, *Daniel Cornides*, in ditiſſimo promtuario ſuo litterario adſeruat; ob ſermonis vernaculi ligati nitorem daturi olim popularibus noſtris aliquod illarum ſpecimen.

ARTICULUS XXI.

HUSZTI (*Stephanus*) Hungarus, oppido Comitatus Maramaroſienſis Huſzt, vnde nomen ſortitus, honeſtiſſimis parentibus, Stephano K. Szabo, (*) et Catharina Vass, natus eſt an. 1671. iactis pietatis et primae Latinitatis in triuio fundamentis, an. 1682. miſſus eſt in Scholam Debrecinam, vbi Martini Szilàgyi et Paulli Liſznyai Profeſ-

(*) Patris Medici Noſtri Soror germana, Eliſabetha K. Szabo de Debreczen, genuit Samuelem N. Szoboſzlai patricium Debreczinenſem, qui praeſide Philippo Matthaei Med. Doct. et Profeſ. *Diſcurſum* Medicum *Inauguralem de Paralyſi*, publicae Doctorum cenſurae ad d. 12. Mart. ſubjecit, Franequeranis typis anno 1671. in 4. plag. 3. expreſſum: inſcripſit eum auctor Nicolao M. Apáti de eadem, vrbis Debreczinae ciui digniſſimo, et Scribae experientiſſimo, nec non genitrici ſuae, Eliſabethae K. Szabo de Debreczen, parentibus ſuis fideliſſimis, et peregrinationum ſuarum per Germaniam, Belgium et Angliam inſtitutarum adjutoribus munificentiſſimis. *Samuel Viski de Marmaros*, Szoboſzlaio maſcule diſputanti in honorem, egregium adjecit epigramma, cujus diſtichon vltimo loco relatum, tale eſt:

Doctus avus, celebris genitor, genitrix tua caſta:
Quomodo tu poſſis filius eſſe rudis?

Professorum ductu quatuor annorum interuallo ſtudiorum ac litterarum notitiam hauſit egregiam, totidem annis Claudiopoli Tranſiluanorum ſub auſpiciis et manuductione Stephani Pataki et Sam. Némethi, Profeſſorum Collegii Reformati, in ſtudiis philoſophicis et theologicis ſemet exercuit. Solidiori ſic inſtructus doctrina ex parentum et amicorum conſilio primumquoque Francofurtum ad Viadrum commigrauit, ibi Medicinam et phyſicam experimentalem Bernhardum Albinum, Nicolaum vero Noël phyſiologiam et praxim medicam tractantes audiuit. Anno 1692. profectus eſt in Academiam Franequeranam, hic Profeſſorem Latane, Inſtitutiones Kaldſchmidii praelegentem, auſcultauit, brutorum, hominumque cadauera diſſecantem admiratus eſt. Anno 1693. Lugduni Batav. Carolum Drelincourtium, Phiſiologiam docentem; Paullum Herrmannum Rerum naturalium et plantarum naturam et vires euoluentem; Iac. le Mort, chemicis laboribus vacantem; Burcherum de Volder phyſicam explicantem audiuit. Eodem anno in Angliam transfretauit, Londini ſocietatis regiae pharmaceuticae Laboratorium, cui Staphorſt celebris chemicus tunc dirigendo praefuit, viſitauit: Oxonii ſollemnitatibus academicis et diſputationibus interfuit, inde anno. 1694. reuerſus, Lipſicas muſas inuiſit; Andream ibi Petermannum in chirurgicis, anatomicis, chemicis operationibus, et praxi medica; Riuinum in botanicis, anatomicis et materia medica; Ortlobium vero in demonſtrationibus cadaueris humani occupatum ſedulo frequentauit. Ad Hallenſium Muſarum emporium

porium anno eodem digreſſus, prae reliquis artis antiſtitibus Fridericum Hoffmannum praeceptorem delegit; illius Collegiis tam phyſico-mechanico-curioſis, quam chemico experimentali et practico, in quo ſigna et cauſſae morborum, ſuccincta medendi methodus cum cautelis practicis tradebantur, diligentiſſime interfuit. His ſtudiis feliciter ad finem perductis, laudato Frid. Hoffmanno brabeuta, ad dignitatem Doctoris Medicinae ad d. 25. Aug. an. 1695. euectus eſt. Hoc condecoratus axiomate, poſteaquam ad patrios reuertiſſet penates, et non contemnenda cognitae et exercitae artis ſuae palam ederet ſpecimina, celſiſſimus Tranſiluaniae Princeps Michaël Apafi II. Ebesfaluam in Aulam ſuam euocauit, et dilectiſſimae conjugis ſuae, Principis et Comitis Catharinae Bethlen ſanitatis tuendae curam concredidit. (*) Dum in adminiſtrato feliciter munere hoc inſignem ſibi peperiſſet laudem, ita ſuadente temporum viciſſitudine, ad exornandam in

(*) Tenemus eas Principis Apafi II. Litteras, manu et ſigillo proprio die 14. Oct. an. 1699. Viennae munitas, poſteaquam ſcilicet is in eam ciuitatem accitus ampliſſimis juribus ſuis renunciaret, in quibus archiatro ſuo Huſztio, habito in decurſu, vt verba ſunt, iam aliquot annorum praeſtitorum ſeruitiorum, non abſimiliter in poſterum quoque praeſtandorum ratione, Fundum quempiam ciuilem in oppido Comitatus Maramaroſienſis Szigethano gratioſe dat confertque ab omnibus taxis ſeruitiisque ciuilibus immunem vna cum haeredibus et poſteritatibus vtriusque ſexus vniuerſis poſſidendum. Ita illae incipiunt: *Nos Princeps Michäel Apafi Memoriae commendamus tenore praeſentium ſignificantes* etc. etc. *Datum Viennae Auſtriae die decima quarta Octobris An. Dni. Milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo nono.*

in Athenaeo Debrecinensi cathedram philosophicam an. 1700. auocatus est, et simul Ciuitatis Physicus ordinarius, constituto annuo sallario, declaratus est, in quo munere bis gemino, quod industriae et laborum fuit incitamentum, per plures annos summa cum omnium adprobatione versatus est.

OPERA.

1.) Differt. physiologica I. praes. Burch de Volder. *De Hominis automato, seu corpore animali, in quo praecipuae oeconomiae animalis functiones ex artificiosissima ejus structura, nil ad eas conferente mente humana, per caussas et effecta breuiter deducuntur.* Lugd. Batav. an. 1693. 4.

2.) Differt. physiologica II. praes. eod. Volder. *de natura mentis, eiusque functionum: tum earum, quae nullum plane commercium habent cum corpore, tum quae ex Coniunctione mentis cum corpore resultant, id est, quae corpus et mentem requirunt.* Lugd. Batav. an. 1693. in 4.

3.) Differt. physiologic. III. et IV. praes. eod. Volder. *In quibus existentia Dei et existentia Nostri, seu e stupenda mentis corporisque nostri fabrica, functionumque vtriusque natura metaphysice adstruitur, et deducitur.* Ibidem anno eodem. Omnes simul explent plagg. 8½ in 4.

4.) Differt. med. praes. Petermanno. *De Subjecto sanitatis, et eius diuisione in Elementa.* Lips. an. 1694. 4. plag. 2.

5.) Dif-

5.) Differt. Phyfica experimentalis, pro Grad. Doct. in Philofoph. *De Corporibus, illorumque Principiis et affectionibus.* Halae Magdeb. an. 1695. 4. plag. 3.

6.) Difput. inaug. med. praes. Frid. Hoffmanno. *De prudenti medicamentorum applicatione in tempore.* Halae Magdeb. an. 1695. 4. plag. 3.

7.) *Kereſztyéni jóságos cſelekedetekkel tellyes Paraditſom Kertetske.* Eft notiffimus Ioannis Arndtii Liber precatorius, *Paradies Gärtlein* infcriptus, qui ex Germanica in vernaculam linguam translatus, et Sereniff. Principis Michaëlis Apafi vxori, Catharinae Bethlen, cujus perfonae egit Medicum, oblatus: huius fumtibus prodiit Claudiopoli an. 1698. in 12. alph. 1.

8.) *Stephani Huſzti, Medicinae Doctoris, et Phyſici Liberae Regiaeque Ciuitatis Debretzen ordinarii Oratio inauguralis exhibens ſpeciem, requiſita veri ac legitimi Medici Philoſophi, dicta Debrcini in Auditorio, cum ordinarius Philoſophiae Profeſſor introduceretur die 14. Maji. An. 1700.* Debrecini per Georg. Vintze in 4. plag. 2½.

9.) *Pauculae et generaliſſimae Poſitiones philoſophicae diuina fauente gratia, praeſide Stephano Huſzti, Med. Doctore, et Philoſophiae profeſſore, Lib. Reg. Ciuit. Debretz. Phyſico ordinario. Et defendente Michaële Bárány de Debretzen. S. D. C. et Eloquentiae Praeceptore, publicae diſquiſitioni Dominorum philiatrorum ſubmiſſae die 9. Dec. MDCCI.* Debrecini per Georg. Vintze an. MDCC. in 4. plag. 2½.

10.) Eg-

10.) *Égre kézen fogva vezetö Kalauz. Melly ſzent Atyáknak és a' böltſeſégnek régi ſzeretoinek Reguláinak velejét foglallya magában.* Debretz. 1705. 12. Eſt aureus Cardinalis Ioan. Bona Libellus, quem Manuducttionem ad coelum nominauit.

ARTICULUS XXII.

IESZENI *aliter Ieſzentzky, vel Ieſſenius a Ieſſen (Ioannes.)* Ieſzen in Comitatu Turocienſi vicus eſt ampliſſimus, qui quia montibus circumfufus fraxinum in primis alit, inde non modo vico nomen, ſed eius quoque poſſeſſoribus gentilitia tribuit Inſignia, fraxinum enim gerunt, qui Slauico ideomate Ieſzen, et inde perantiqua quoque haec ſtirps Ieſzenſzky dicitur.(*) Ex tabulario comitatus Turocienſis eruit M. Belius in Notit.

(*) Perantiquam eſſe hanc Ieſſeniorum familiam Inſignia Nobilitatis Hungaricae a Ferdinando I. Imp. renouata, et ſigillo Regis hujus pendenti d. 7. Maii an. 1563. Oeniponte roborata, manibusque Archiepiſcopi Strigon. Nic. Olahi, et Franc. Forgách, Epiſcopi Varadienſis, ſignata edocent clariſſime: vitandae prolixitatis gratia non niſi ea inde nunc excerpimus, quae illuſtrandae rei noſtrae inſeruire videbuntur: „ Nos Ferdinandus Dei gratia Imp. „ ſemper Auguſtus ac Hungariae Rex etc. Vobis „ fidelibus noſtris, Danieli, Melchiori, Simoni, „ Laurentio, Balthaſari, Caſparo, Petro, Nicolao, „ et Georgio, filiis Nobilis quondam Stephani Jeſzenſzky de Nagy Jeſzen, ac alteri Stephano, filio Nobilis quondam Georgii ſcilicet Jeſzenſzky „ de eadem Nagy-Jeſzen, ſalutem etc. Mores praedeceſſorum noſtrorum imitantes cum intelligamus „ Maiores veſtros praeſertim Comitem Michaëlem „ Megye,

Notit. Hungar. Tom. II. pag 312. annis 1558. 1559. 1563. et 1564. Vice-comitem in eodem Comitatu fuiſſe Danielem Ieſzenſzky, Georgium vero annis 1575. 1582. 1586. eodem defunctum eſſe munere. Ex praeclara hac et optumorum virorum faecunda familia, hodiedum apud

---

„ Megye, Regi Belae IV, filio Andreae Regis, tan-
„ dem Stéphano filio Belae, nec non Ladislao Kun
„ Láſzlo dicto, filio eiusdem Stephani, ſereniſſ.
„ Regibus in defeſſae fidelitatis famulatum domi fo-
„ risque praeſtitiſſe, dudum antea iam in veros re-
„ gni Nobiles receptos, tandem etiam avum Nico-
„ laum, officium Vice-Comitis in Comitatu Turo-
„ czienſi multis annis geſſiſſe, patrem vero veſtrum
„ Stephanum a XL. annis officio Judicis Nobilium
„ periculoſiſſimis temporibus functum eſſe, imo vos-
„ quoque contra Turcos et alios rebelles ſemper
„ fuiſſe promtos et alacres inuentos, praecipue te
„ Danielem, qui officium Vice-Comitis nuncquoque
„ geris, et Cameram noſtram Hungaricam fideliter
„ adminiſtras. Nolentes itaque hanc maiorum ve-
„ ſtrorum veſtramque fidelitatem irremunerabilem,
„ haec antiqua Nobilitatis veſtrae Inſignia diſtur-
„ biorum temporibus abalienata denuo Vobis et po-
„ ſteris haeredibusque vtriusque ſexus vniverſis
„ conferenda duximus: Scutum ſcilicet fuſci colo-
„ ris, in cuius ima parte tres continentur colles,
„ quorum medio Fraxinus arbor frondens eſt inſer-
„ ta, prouti vero inſiſtit vrſus niger aperto ore et
„ lingua excita hians; et reliqua, quae hic ſequun-
tur, in principio Litterarum harum pictoris manu lucide depicta ſcite admodum in adnexo epigrammate expreſſit *Frid. Taubmannus* in Schediaſm. Pöet. innov. Vitteb. an. 1610. pag. 816. dum Jeſſenii Noſtri Arma Nobilitatis celebrat:

Fraxinus ad coelos e monte triuertice ſurgit,
E quibus haſtatis figitur vrſa volis.
Vrſa refert hoſtem: ſerpentem Fraxinus odit,
Candida ſit virtus, ſi vel in hoſte furat.
Coelitus illa tamen vires arceſſit: et hoc eſt,
Quod cito per nubes deſuper haſta ruat.
Priſca haec Ieſzenſzky ſunt Arma. Amiſſa retraxit
Poſtmodo Ferdinandi Caeſaris autographum.

apud nos florente, ſuam olim duxit originem Balthaſar Ieſzenſzky, Turoczienſis comitatus Iudex Nobilium, qui ſaeuienti in patriam Turcarum bello, tutiora quaeſiturus, Vratislauiam conceſſit, ibique hoc patre et Martha Schilleria Ioannem Noſtrum an. 1566. die 27. Dec. deſperato tridui partu primo genitum in lucem editum ſcribit M. Andreas Calagius, addictiſſimus Ieſzenſzkyanae familiae cultor in Annal. illuſtr. viror. et feminar. Francof. an. 1609. edit. pag. 363. Licet itaque natiuitatis loco Ieſſenius Vratislauienſis, gente tamen Hungarus eſt, vt Lindenius, Langius, Goelicke, Matthiae, et plures docuerunt contra Vernsdorfferum, Koenigium, Pantke, Stollium, Keſtnerum et alios id genus homines. Omnium optime rem hanc Caſpar Cunradus Ieſſenio amiciſſimus in Proſopogr. Melica Millenar. I. pag. 815. edit Francof. an. 1615. ſequenti explicuit epigrammate, dum is caeſareo-regius iam eſſet archiater:

Panno ſatu patrum, Breslaua natus in vrbe,
Regius archiater, Pannones inter ouo. At ex ſolius ipſius Ieſſenii ſcriptis eum natione Hungarum fuiſſe facile euincitur. (*) Poſteaquam Noſter

---

(*) *In Iudicio de Sanguine V. S. dimiſſo* aperte ſe *Equitem Hungarum* adpellat, dum id *Georgio Turzoni* ita familiari ſtilo inſcribit: *Ill. ac Magnifico D. D. Georg. Turſoni de Bethlehemfalva, Comiti Arvenſi,* etc. *veteris familiaritatis reuocandae et beniuolentiae nouae conciliandae ſtudio offert, donatque Doctor Jeſſenius, Eq. Vngarus.* In Epiſtola ad Petrum Revai, Comitem Turoczienſem, et S. Hungar. Coronae cuſtodem Vienna Auſtriae Non. Apr. an. 1612. data, ſingu-

ſter in ludo Vratislauienſe prima ſtudiorum poſuiſſet rudimenta, ex Patris conſilio Lipſiam commigrauit, et ibi medica ſtudia G. Waltero duce auſpicatus eſt, Romae continuauit, et Patauini ſub Hieronymo ab Aquapendente finiuit: inde an: 1592. ex Italia redux factus, Vratisla-

---

ſingulari ſe cum Jeſſeniis, in agro Turoczienſi degentibus, neceſſitudinis conjunctum eſſe vinculo commemorat, legitur illa in Commentar. de S. Coronae Hung. ortu etc. edit. an. 1613. 4. pag. 99. His conſona ſunt, quae in deſcriptione quoque coronationis Matthiae regis leguntur. In *Renunciatione* vero *Legationis Bohemicae*, ad Comitia Hungarica obitae, ſcribit pag. 33. Velle ſe, tamquam *patricium ungarum*, regem praeſentem Ferdinandum, Poſonii recens coronatum, pervenerari. pag. 34. ſe Regi huic a *Proceribus regni Hungar. a genere commendatum*, promtiſſima illi ſua polliceri officia, nec *diſſimilem ſe Majorum ſuorum futurum*, qui pro Ferdinando in potiundo Regno Hung. ad vulnera et carceres vsque, litteris regiis teſtibus, depugnarunt: Regi Matthiae per quinquennium fidum et vtile ſe praeſtitiſſe miniſterium. pag. 35. *Hungaros in Comitiis congregatos ſuos eſſe ſocios.* pag. 37. *Danielem Jeſzenſzky, Turoczienſem, fratrem ſuum germanum eſſe*, et ob id libenter eum carceris quoque moleſtias tuliſſe. pag. 41. Comprehenſus Poſonii, dum Viennam duceretur, ſe ad *primarium Nobilitatis Hungar. priuilegium prouocaſſe*, niſi citatum prius et conuictum comprehendi nequaquam potuiſſe, nec extra patriae limites ſe iudicari deberi, quippe *ſe ſtemmatis et nominis Jeſſenii eſſe, habere ſe cum fratre laudato in auito pago Jeſzen paternam portionem*, praeſtareque ibi onera quaeuis impoſita, adeoque *iura Regni quaelibet ſe obtinere, ſe aliquamdiu in Hungaria educatum*, et hoc nomine a Palatinis praedeceſſoribus amatum, arcanorum conſiliorum participem factum, Regi Matthiae II. commendatum, in miniſtrorum aulae numerum receptum. pag. 50. Se *Nobilem Hungarum* eſſe. In Epiſtola comitiali pag. 1. *Hungarorum gentilem* eſſe. In Litteris ordinum Bohemiae ad Hungaros in Comitiis Poſonienſibus congregatos *Hungarorum conſanguineum* nominari etc.

tislaviae fubftitit, et ibi praxim medicam aliquamdiu exercuit, quoad Vittebergam euocaretur; in ea academia per nouennium Profefforis Medicinae munia geffit, et, tefte Andr. Sennerto in Athen. Vitteberg. Libr. I. cap. VI. pag. 71. dignitate quoque Rectoris Magnifici an. 1597. mactatus eft, fuitque fimul Illuftriff. Saxoniae Ducum Medicus ad d. 24. vsque Augufti an. 1602. quo ad Sacratiff. Caefareae Maieftatis interceffionem Illuftriff. Saxoniae Elector e ftatione hac Eum cum gratia dimifit; vt ipfe in Program. tractatui de Generat. et vitae humanae periodis praefixo loquitur: itaque non Maximiliani II. Imperat. vt perperam Boerner in Memoria Profeffor. Medic. Vitteb. Specim. I. pag. 11. voluit, fed in Aulam Rudolphi II. euocatus eft, (*) huius et Mathiae Regum curam

---

(*) M. Andr. Calagius, poëta Caef. coron. idem probat in *Buccina Melpomenes*, Vratislav. Anno Salvatoris 1608. in 4. typis Baumanni edita, qua nuptiis Efaiae Jefzensky de Magna Jeffen, cum Magdalena Benckia celebratis, panegyrin occinuit: pofteaquam fcilicet antiquiffimam Jefzenfzkyorum in Hungaria gentem ab vltima illius origine per annorum feriem nominum tenus enarraffet, ita poft Balthafarem Jefzeni, patrem, ad laudandum canendo digreditur filium, Joannem, Noftrum;

E Ramis, quibus ille viget, mira arte medendi,
Corporibusque fua carptim ratione fecandis,
Clarus Jöannes, Witebergae nuper, et alta
Saxonis, aeftates aliquot, nunc Caefaris aula
Rudolphi: ac demum pacis Laurentius arte
Florentes: etc. etc. Exhibentur hic in auerfa primae paginae parte, antiquiffimae gentis Jefzenskyanae

curam gessit archiater fere per integrum septennium, et constitutus est nouissime Collegii Carolini Pragensis Rector, tandem circa an. 1618: referente Cunrado Theatr. Symobol. centur. VII. pag. 310. academiae Cancellarius, sed mox infelicibus fatis inuoluendus, nam anno eodem Friderici Palatini partes tuiturus, ab Ordine Bohemorum Euangel. legatus ad Comitia Hungarica mittendus, in arce Pragensi d. 18. Iun. decernitur, et vicesimo sexto dicti mensis die tuto Posonium, Litteris fiduciariis instructus, ingreditur, et mox, quod soluta iam essent comitia, expositis coram Palatino legationis suae capitibus, tertio Iul. die, militum globo circumdatus, auctoritate publica comprehenditur, et in arce per bidui moram detentus, Viennam deportatus, in tetrum carcerem supra portam Baileriam turritam 60. gradibus altam, in quo Venceslaum Caesarem olim misere latuisse ferunt, mox includendus, vnde non nisi post diuturnam XXII. hebdomadarum moram aegre libertati redditus, die scilicet D. Nicolao peruigili, quo mors Impera-

---

kyanae Insignia, ligno incisa, cui dictus Calagius talia subiecit:

Dentibus infrendis colles super, Vrse, quid hostis?
Virtutem minime, viribus use, domas.
Ista suum quoque robur habet, quod ab arbore pendet
Fraxinea, armata nube, suaque manu.
Victe quibus, tu, das Victrici frondis honorem;
Fersque triumphantis triste, subacte, iugum.
Parta ea Maiorum virtute videlicet, Arma,
Gens Jessenska sua nobiliora facit.

M. Andr. Calag. Vrat. Cal. Maj. 1608.

peratricis diuulgaretur, non eſt veritus praeſenti Cauſſarum capitalium Praefecto ſenſum harum litterarum C. M. M. M. M. carceris parieti die obitus Archiducis Maximiliani adſcriptarum, coeleſti doctus themate, hunc in modum interpretari; *Caeſar Matthias Morietur Menſe Martio.* Ita poſteaquam nihil amplius contra, Domum Auguſtam ſe umquam quoquam modo attentaturum, data fidei dextera, ſancte policeretur, relictisque in vrbe duobus nationis Bohemicae Viris nobilibus tamquam obſidibus, et impetratis regiis liberi commeatus Litteris, tertio Ianuar. anni ſequentis die ſaluus et incolumis recto itinere Pragam reuertitur. Aſt poſt acceptam Bohemorum cladem, ſubactumque eorum a Caeſareanis regnum, anno 1621. 21. Iun. aetat. 55. Pragae ita lacrimabundo ſupplicio ob id affectus eſt, quod verbum Caeſari nuper datum violaſſe crederetur, vt lingua prius viuo exciſſa, tandem ceruix gladio percuſſa, reliquum vero corpus in quatuor partes diuulſum, et ante portam patibuli quadriuiam, caput vero turri, quam ad pontem vocant, (*) adpenſum legatur in Theatr. Europ. Tom. I. ad an. 1621. pag. 17. et 484. vbi imaginem effictam quis eſt, qui ſine animi horrore intueatur? reliquas Effigies partim aeri partim Ligno inciſas diligenter collegit Moehſenius

(*) Sed caput hoc, quod ſublimi palo diu infixum haeſerat, anno 1631. poſt victoriam Guſtavi Adolphi Lipſienſem, et occupatam Pragam, Honorifice ab Amicis Sepulcro conditum ſcribitur in Hiſtor. Perſ. Boh. l. c.

ſenius in Iconib. celebr. Medicor. Part. II. pag. 68. recentiſſime eam egregie ad umbratam exhibuit Celeberr. Adauct. Voigtius in Effigiebus Viror. erudit. Bohem. part. I. pag. 35. Videatur Caroliquoque Caraffa Comment. de ſacr. German. Reſtaur. part. I. pagg. 117. 118. 122. ſeq. Animi conſtantiam laudat auctor Pers. Boh. cap. 74. pag. 261 — 265. et 390. edit. Germ. an. 1650. M. Iac. Iacobaei, teſtis autoptes in Idea Mutat. Boh. Euang. Eccl. pag. 37. ſeq. Trenchin. an. 1625. benignius de Ieſſenii fatis ſentit Conringiusquoque de Scriptor. med. pag. 208. Lottichius in Comment. Rer. German. Tom. I. Lib. 8. cap. 5. pag. 238. P. Ember in Hiſtor. eccl. Hung. pag. 359. Fortunae volubilitatem conſideraturus Frider. Taubmannus tale capite diminuto Ieſſennio perenne conſecrauit monumentum:

Fortuna vitrea eſt:
Quid ſortis ſplendore tumes, homo? vitrea ſors eſt,
Summus vbi nitor eſt, ſumma ruina prope eſt.
Bulla minuta natat tuto, dum creſcit in vtrem,
Dum vult iam fieri maxima, rupta perit.

Cl: Matthias Belius in Notit. Hungar. Tom. II. pag. 337. cur ambigit, *Ieſſenius hic ornamentone potius, an dedecori gentis Hungarae natus credi debeat?*

OPERA.

1.) *Zoroaſter. Noua, breuis, veraque de Vniuerſo Philoſophia.* Vitteb. an. 1593. in 8. plag. 9.

Fride-

Friderico Wilh. Duci Saxoniae et Vinariae oblatus.

2.) *Anatomiae Pragensis an. 1600. ab se sollemniter administratae historia.* Vitteb. an. 1601: 8. Plag. 20. Inscripta Regi Bohemiae eiusque regni ordinibus. praefixae Imagini, ligno incisae, haec subiecit Iac. Typotius:

Hoc decus, haec facies, Iesseni, digna beato,
Quod iam nulla manus pinxerit, ingenio.
Nam capis ingenuas omnes feliciter artes,
Sub medica quamuis arte latere velit. Pagina operis huius 60. haec de Septo scroti Iessenius: *Inter vtrumque testem diaphragma quoddam est, veluti septum, seu membrana quaedam tenuis, extensa, quae testes, ne se inuicem collidant, separat.* Cur itaque Ruysius septum in scroto a se primum detectum fuisse gloriatur?

3.) *Tractatus de Ossibus.* Vitteb. an. 1601. 8. plag. 5. Ill. Principi Vrsino de Rosis, Bohemiae proceri dedicatus.

4.) *Institutiones Chirurgicae, quibus vniuersa manu medendi ratio ostenditur.* Vitteb. an. 1601. 8. Plag. 14. Rudolpho II. Imperat. oblatae. Repet. German. Norimb. an. 1674. in 4.

5.) *Aemilii Campolongi Patauini Semeiotice, seu noua cognoscendi morbos methodus, ad analyseos Capiuaccianae normam expressa.* Nunc primum per Ioannem Iessenium a Iessen recte discentium et docentium et medentium vsibus publicata. Vitteb. an. 1601. 8.

6.) *Aduersus Pestem consilium cum eiusdem de Mithridatio et Theriaca disputatione.* Huic adnexi Du-

raſtantis et Curtii quidam Libelli medici. Gieſſae an. 1614. in 12.

7.) *Libellus de anima et corpore vniuerſali.* Pragae an. 1605.

8.) *Iudicium de ſanguine V. S. dimiſſo.* Pragae an. 1618. 4. plag. 2. Illuſtr. Comitis Aruenſis, Georgii Turzonis, honoribus nuncupat. Notis et caſtigationibus ſuis recudendum dedit Iac. Pancrat. Bruno. Norimb. an. 1668. in 12.

9.) *Speculum vrinarium.* In calce prioris opuſculi promiſſum.

10.) *Sermo de legibus et moribus Studioſorum.*

11.) *Oratio de Martino Biermanno.* Vitteb. an. 1695.

12.) *Oratio de vita et morte Tychonis de Brahe.* Pragae an. 1601. 4. inſertaquoque Miſcellaneis obſeruation. Tom. I. pag. 623. ſeq.

13.) Regis Vngariae, Matthiae II. Coronatio, an. 1608. Poſonii celebrata, cum breui Rerum Pannonicarum chronologia, Ioanne Ieſſenio a Ieſſen, Regio Medico, deſcriptore, Viennae Auſtriae primum edita, at nunc auctoris venia emendatius recuſa Hamburgi, ſumtu Frobeniano an. 1609. et verſa German. Argent. an. 1610. in 4.

14.) *Progenies Auguſta diuorum Imperatorum Ferdinandi I. et Maximiliani II.* Francof. an. 1613. in 8.

15.) *Obſeruatio chirurgica Romae in Iuuencula capta*, cui primo et difficili partu matrix prolapſa, forcipe candente absque vitae diſpendio praciſa. Apud Schenckium Obſeruat. Medicinal.

dicinal. Tom. II. Lib. IV. obferv. 303. plures alibi leguntur.

16.) *Vefalii Examen obferuationum anotomicarum Fallopii in publicum reduxit.* Hanov. an. 1610. in 8. Item Galeocti Martii Libros II. De Homine interiore, eiufque partibus cum G. Merulae annotationibus.

17.) *Hiftorica relatio de ruftico Bohemo cultriuorace* Hamburg. an. 1628. in 8. recus. ibid. an. 1655. 8.

18.) Difputationes variae:

a.) *De morbis tota fubftantia naturae noftrae contrariis.* Refp. St. Mylio Geranodenfi. Vitteb. an. 1596. die 16. Apr.

b.) *De Morbi, quem aër tota fubftantia noxius peragit, praeferuatione et curatione.* Refp. Dan. Sennerto, Vratislauiens. Kal. Sept. 1596.

c.) *De morbis, quos venena intra corpus fumtu cognita et occulta qualitate efficiunt.* Refp. Iac. Praetorio, Liuono. d. 8. Sept. 1596.

d.) *De Morbis, quos venena extrinfecus morsu ictuque illata committunt.* Refp. Efaia Kober, Vratisl. d. 15. Sept. 1596.

e.) *De Morbis partium fimilarium.* Refp. Io. Armbrufter, Waldorffio, Vitteb. d. 24. Sept. an. eod.

f.) *De Mitridatio et Theriaca.* Refp. St. Marcello, Auftr. prid. Non. Aug. 1598. dedicata ab auctore Senatui Lipfienfi.

g.) *Vni-*

g.) *Vniuerſalis Corporis humani contemplatio.* Reſp. Phil. Tuchſcherer, Cotbus. d, 20. Oct. 1598.

h.) *Denorum paradoxorum phyſico - medicorum diſceptatio.* Reſp. M. Io. Kegler. an. 1599.

i.) *De generationis et Vitae humanae periodis Tractatus duo*, in ſollenni diſputatione 3. Sept. M. Io. Plachetio, Marcomano defendendi. Vitteb. an. 1602. 4. plag. 4. Equiti Friderico a Salhauſen Swadae Domino dedicati.

k.) Progr. *De Medicinae ortu et progreſſu, nec non praeclaris Medicis*, in ſollenni panegyri ſex Candidatorum doctorali. Vitteb. an. 1600.

l.) *De vniuerſitatis perfectione Lib. II.* Vitteb. an. 1601. d. 6. Mart. ad diſputand. propoſiti. Reſp. Balthas. Gombos, Miskolczino-Hungaro, et Nationis Hungaricae Seniore: dedicati Spect. ac Magnifico Caſparo Kornis de Ruſzka, Principis Tranſilv. Conſiliario.

19. *Legationis in Regiis Vngarorum Comitiis proximis nomine Euangelicorum Regni* Bohemiae *ordinum a Doct. Ieſſenio obitae Renunciatio, ad illuſtres, generoſos et ampliſſimos Dominos Directores.* Pragae excudit Paullus Seſſius an. 1619. in 4. plag. 6½. Praefationi adtextae ſunt in primis paginis *Inſtrumenta Legationis, Tabulae* puta *fiduciariae*, et *Litterae ad Incl. Regni Hungariae Ordines.* Subnexa eſt in fine *Ad Vngaros Ieſſenii Epiſtola Comitialis, exhibita Statibus*

Poſonii

Posonii mense Decembr. An. Chr. CIↃIↃCIX. Germanos praesidiis non excludendos. Pragae an. eod. in 4. plag. 1.

20.) *Commentarius super Acta Apostolica et Meditationes in Passionem Dominicam.* Opera haec in carcere Viennensi nocturnis lucubrationibus absoluisse ipse testis est in Legationis suae Renunciatione pag. 59. Vtrum edita umquam, non constat.

21.) Itinerarium Hungarico-Austriaco-Morauico-Bohemico-Saxonicum. Vitteb. an. 1695.

ARTICVLVS XXIII.

KERTZI (*Paullus*) Med. Doctor, inter ciues Coronenses in Transiluania Saeculo XVI. vitam degit, ibi praximquoque clinicam ad vltimos vitae dies exercuit: eum *Iacobus* Bongarsius Aurelianensis, Henrici IV. regis Galliarum ad Principes Germaniae olim Legatus, in editione Francofurtana Scriptorum Rerum Hungaricarum an. 1600. in fol. a se adornata pag. 619. *Medicum eruditum, virum humanitate. doctrinaque, et quod ante omnia, vera pietate insignem* exstitisse commemorat, quippe qui Viro illi excellenti, in Daciae oris diuersanti, non modo ludentis et varie sese explicantis in Transiluania frequentia naturae miracula ostentabat, sed antiquitatum quoque Romanarum obuias passim reliquias, collectas a se, humanissime obtulit peregrino describendas, quarum seriem videre licet l. c. pag. 627. seq. Dignum est commemoratione, dum is in theologorum pascua occasione quapiam incautius

tius pirrupiſſet, arum abfuit, quin in praeſens vitae incurrerit periculum: anno ſcilicet labente 1585. quum Daniel Reipchius quidam, Braſſouienſis diaconus, ſuam ex ſuggeſtu ſacro promulgaret opinionem, *natum mundi ſeruatorem vbique locorum ſecundum humanam naturam eſſe praeſentem, per immenſitatem corpus Chriſti*, vt loqui voluit, *diuinitati exaequatum infinitum eſſe, et vbique diffuſum*; Tito vero Bognero, I. V. *D*. et loci theomyſta, reliquiſque theologicae claſſis viris diuerſum ſentientibus, Kertzius noſter prae aliis magna animi contentione aduerſarium refutaturus, eam ex nouaturientis theoſophiſtae verbis elicere annifus eſt ſententiam, diſputandi feruore abreptus, quae coetui in aede ſacra praeſenti a blaſphemiae nota haud quaquam libera, adeoque Deo iniuria eſſe videretur: audita inſulſa tali, conſulto hic a nobis ſubticenda, Kertzii Ratiocinatione, ita exacerbati ſunt auditorum in ea panegyri animi, vt niſi Reipchii interpoſita fuiſſet auctoritas arreptis lapidibus miſerandum in modum poene obrueretur a ferocienti populo examinandus. Ne malum hoc forte latius ſerperet, Lucam Vnglerum Superattendentem, Synodum hoc fine Birthalbinum conuocaſſe, ibi Reipchium erroris conuictum, et ad meliorem frugem adductum fuiſſe, atque turbas has ita tempeſtiue ſedatas, ex Hanero pag. 305. ſeq. Schmeizelius de Statu Eccl. Luth. in Tranſilv. pag. 63. pluribus verbis retulit. Sed factum *Matthiae Fronii*, ICti et Senatoris Coronenſis, minime fuit laudabile, quod crambem hanc male olidam a morte *Kertzii* denuo recoxerit, et litem hanc, ne triobolo quidem

dem dignam, ita fuam fecerit, vt integro tractatu, typis vulgato, quem *Anti-Kertzium* adpellauit, tanta virulentia pleno perfecutus fuerit, vt Noftrum, dicta prius fanguinaria in eius caput fententia, aeternis addicere cruciatibus nequaquam dubitarit. De his Cel. Petr. Bodius quoque in Athenis Hungar. in artic. pag. 139. fequ. confulendus eft.

ARTICVLVS XXIV.

KOMAROMI (*Ioannes Petrus*) In Lib. Regiaque Sempronienfium vrbe Nofter Ioannes Petrus Komaromius XIV. Kalend. Februar. anno feculi proximi nonagefimo altero (*) ex nobili Komaromiorum gente fuam duxit originem: quum in puero matura ingenii praeftantia et amor litterarum fingularis obferuaretur, prouida parentum cura

---

(*) Exftat hodiedum in medio foro Lib. Regiaeque Ciuitatis Ginfienfis Domus, Infcriptione medica, anno hoc 1692. indicato, talibus Hippocratis verbis notata in frontifpicio: *Vita breuis, ars longa, occafio praeceps, experimentum fallax, iudicium difficile etc.*

16 (I. B.) 92.

Iacobum Binnium, aedium dominum, intelligendum effe, fafti ciuitatis publici, fidi monuerunt interpretes, qui dictae vrbis Medicum hoc tempore fe gerebat. E filiorum hujus tergeminorum numero Joannes, chirurgiae magifterium, immo etiam fenatorii ordinis dignitatem adeptus, patris in anatomia verfatiffimi, exemplo excitatus, impetrauit cadauer de infelici ligno poftridie lictoris manu fufpenfum fibi a magiftratu ciuico Sceleton fabricae corporis humani

cura factum eſt, vt eius in patrio Lycaeo animus Latinarum Graecarumque litterarum iuſta cognitione imbueretur, et mox adoleſcens admodum in Academiam Argentoratenſem amplificandorum ſtudiorum gratia exmitteretur; ibi dum in Botanica, Anatomia, et reliquis medicae artis partibus egregios feciſſet progreſſus, Baſileam recto commigrauit itinere, in perantiqua hac Rauracorum vniuerſitate, explorata prius eius doctrinâ, ſummos ab ampliſſimo Medicorum ordine conſecutus eſt ad d. VII. Iun. an. 1715. honores et priuilegia. Quibus ita pro merito cohoneſtatus, et in patriam ciuitatem regreſſus, artem adeo felici inter ciues ſuos auſpicio coepit facere, vt prouinciam ordinarii phyſici ciuici obtineret exornandam lauto decoratam ſtipendio; a patriis his laribus Iaurinum poſt bieniunm auocatus medicinam tanto ardentius

---

ni adaptandi gratia reddi, quod ille in aedes ſuas deportatum, et totum gelu rigidum in cadum, aqua tepida plenum, fovendum impoſuiſſet, mox cum aduocatis reliquis artis ſuae magiſtris ſociis, anatomico adparatu inſtructis, ſedentem erecta ceruice in media aqua latronem inuenit: quem interrogatum dum collo et capite potiſſimum ſibi dolere ex eo intelligeret, cado exemtum cibo potuque refecit, et ita vitae denuo incolumem reddidit, fidiſſimumque ſubſecuturo tempore chirurgus in taberna ſua adminiſtranda illum nactus eſt pluribus annis famulum. Recitatam hanc hiſtoriolam, medicis obſervationibus inſerendam, ex fida teſtium hodiedum ſuperſtitum relatione hauſtam, veram eſſe Viri eruditiſſimi, Liberae Regiaeque Ciuitatis Ginſienſis et Incl. Comitatus Caſtri-ferrei Phyſici ordinarii Laudatiſſimi, D. Franciſci Kereſzturi, Komaromii No ri generi, Litterae, ad d. 2. Maii anni labentis 1776. ad me humaniſſime datae, nuntiarunt.

us vtiliusque tractauit clinicam, quanto iam paratior a naturae cognitione fuerat; heic loci dum medendi prouinciam satis occupatam per nouennium fere et amplius cum fructu sustinuisset, in Lib. Regiamque Ginsiensem ciuitatem a magistratu euocatus transiuit ad exornandam in ea vrbe et mox in Comitatu quoque Castri-ferrei Physici ordinarii prouinciam: quem geminum hunc locum tam insigni cum laude ad vitae hujus finem, qui XV. Apr. an. 1761. contigit, tenuisse perhibetur, vt ab omnibus aegris, qui semel ad eius fidem et curam se contulerunt, eo quod hos non officio tantum et arte medici iuuaret, sed integritate etiam et comitate amplecteretur, et aestimaretur plurimi et amaretur maxime. Virum non modo medicarum rerumque naturalium, sed sacrarumquoque litterarum cognitione apprime tinctum sacra in primis poësi (*) plurimum delectatum

(*) Integrum *Hymnorum Sacrorum* varii generis *Volumen* prostat in scriniis haeredum: speciminis loco incipiam anteriores duos tresue cantilenae versiculos recitare: quam tunc composuisse dicitur, dum primus insultus apoplecticus paralysin totius sinistri lateris satis molestam pertinacemque post se relinqueret: vnde certo liceat colligere, qua Medicus noster in Deum suum vsus fuerit fiducia, certe non fucata:

1) *Erhöre Herr mich Kranken flehen*
Aus meiner tieffen Herzens-Noth,
Lass meine Wehmuth vor dich gehen,
O grosser Gott! Gott Zebaoth!
Hilff meinen übergrossen Schmerzen,
Ich bitte dich von ganzen Herzen,
Und beige vor dir meine Knie,
Schau meine Thränen netzen sie.

2) *Mein*

ctatum fuiſſe intelleximus. Matrimonium ita nactus eſt foecundum, quod cum nobili virgine Maria Catharina Artneria Sempronii inierat, vt liberos naſcentes ſeptemdecim numerare potuerit, a morte vnum filium, Paullum, eumque ſtrenuum poſtea Martis alumnum, et quinque filias ſuperſtites honeſtiſſimis Viris elocatas. Vir incomparabilis Ioan. Chriſtophorus Burgſtaller, Iudex et conſul Poſonienſis, Inſigne nobilitatis Noſtri cupro inciſum publicauit in Mantiſſa Inſignium Nobil. Familiar. Regni Hungar. num. IX. (*)

OPE-

2) *Mein ganzer Leib iſt gebrechen*
Und Wehrmuth-bitter iſt mein Brod,
Gott iſt mein Artzt, ſo muſs ich ſprechen,
Allein mit einem ſanften Tod,
Er wird mich meiner Laſt entbinden,
Die ſchwere Noth wird Ruhe finden,
Er endet meinen Lebens Lauff,
Und ſchlieſſet mir den Himmel auf.

3) *Ich lebe zwar doch iſt mein Leben*
Nur wie ein Schatten an der Wand,
Will ich mich legen oder heben,
So bebet bey mir Fuſs und Hand,
Die Speiſen kan mein ſchwacher Magen
Nicht wie zuvor mit Luſt ertragen;
Die Zunge redet jedoch ſchwer,
Und ſtamlet in der Rede ſehr. etc.

(*) Comaromiorum gens haec quum in ampliſſimos diffuſa ſit ramos in Hungaria, aliis definiendum committimus, cuius? an huius, potiſſimum ſit proſapiae *Ioannes* ille *Komáromi*, qui exſulantis Comitis Emerici Tökölyi lateribus, cuius indiuulſus fuit conſcribendarum epiſtolarum magiſter, ita firmiter ſeſe adglutinauit, vt non niſi mors turbatoris pacis publicae eum inde auulſerit, et in patriam e Turcorum dominio redire coëgerit famoſiſſimo aeque ſeditionum auctori Franciſco Rákoczio eadem, quae vitrico, ſerui-

OPERA.

1.) Differt: phyfico-medica inaug: *De Vino Hungarico Sopronienfi.* Bafil. an. 1715. 4. plag. 5. Matthiae Trimmel vrbis Sempronienfis Confulis; Wilhelmi Artneri, Iudicis, et reliquorum Collegii Senatorii Seniorum honoribus nuncupata. Lepidum carmen eft, quod Theod. Zvingerus, Med. Pract. Prof. et Reip. Bafil. archiater, operi ad calcem adiecit:

Quaeritur, an vini Comaromus calleat vfum
Hungarici, cuius dulcia dona refert.
In dubio res eft; fi vires callet ab vfu,
Vti judicio definet ille fuo.
Sin vires certus non confirmauerit vfus,
Fruftra de Vino differet ille bono.
Promta tamen ratio eft, ab Apolline doctus Iacchi
Exornat patrii munera laude fua. Errores in Differtatione hac ab auctore commiffos amice emendaffe Cl. M. Belium in erudita Vinearum et Vini Sempronienfis defcriptione, inferta Prodromo Hungár. nov. et antiq. pag. 163.

---

feruitia praeftiturus: ab hoc mox ille perbenigne exceptus, et in Comitatu Saaroffienfi praedio Cfetfalvenfi liberaliter donatus, an. 1710. pefte correptus interiit. Ob id faltim hominem hunc a nobis in iftam tabellam relatum; quod *Diarium fatorum actae vitae*, in Collectione Manufcriptorum Székelyiana in hunc vsque diem ab interitu adferuatum, reliquerit; ex quo, qui Hiftoriae patriae amantiffimi funt, temerarios duum virum horum factioforum aufus et iniqua confilia fideliter confignata, magna ex parte haurire poterunt.

163. et 197. probe nouimus, prouti rei huius Frider. Brückmannus quoque meminit Epiſt. itiner. 97. Centur. I. in qua nobiliora Hungariae vina ordine alphabetico enumeraſſe legimus. Mirari interim neutiquam deſino, quod *Vinum Tokajinum* omnium fere mortalium conſenſione reliquarum totius Europae prouinciarum vinis praeſtantia anteferendum, nemo umquam ciuium noſtrorum in hanc vſque diem lege artis, vt meruerat et debebat, quantum quidem ſcire licet, rite examinauerit, et vſum phyſico-medicum nos edocuerit. Publicauit quidem Vir Clariſſ. D. Samuel Dombi, Borſodienſis, Diſſertationem de Vino Tokajienſi, Vltraj. an. 1758. in 4. typis edit. ſed non niſi inauguralis illa eſt, et exercitatio ſaltim academica; et ante eum Ioannes Matolai, Vetuſolienſis Diſquiſitionem phyſico medicam de Vini Tokajienſis cultura, indole, praeſtantia et qualitatibus, inſertam Appendici *Actor. Nat. curioſor. Volum. VII.* Vir quidem eruditus, at non Medicus fuit, et vt ipſe in fine opuſculi fatetur, fugitiuo calamo, et ſine cura illam conſcripſit: nec peregrinos hoc defungi volumus officio, prouti Celeb. Fridericum quoque Hoffmannum, vt alios minutos taceam auctores a Brüchmanno l. c. excitatos, aliquod ſpecimen rei huius in operibus ſuis promulgaſſe conſpicimus; ſed ciues patriae integro eruditionis adparatu inſtructos ad hoc inuitamus optatum opus perficiendum, quibus optuma ſuppetit opportunitas materiem hanc pro dignitate liquoris nobiliſſimi, oeco-

nomice

nomice, phyfice, chemice, et medice ad lancem rite expendere. *Fontes Hungariae medicatos* plures noftrum fingularibus libellis defcripferunt; *Oleum f. Balfamum Hungariae Carpaticum* Auguftini ab Hortis et Georg Buchholtzius, fenior, enarrarunt; *Antra Deminfaluenfia* Georg. Buchholtzius, junior; *Belényefienfia* in Comitatu Biharienfi ad Funaczam Alexius Nedeczky; *Carpatica Draconum,* Ioan. Paterfonius; *Montes Carpaticos* Dauid Frölichius, Sam. ab Hortis; *Natrum Hungariae,* Gabr. Pàzmándi; *Gramen Mannae Hungaricum* Ladisl. Bruz; *Indolem aëris Hungarici* Dan. Gömöri; *Aërem, aquam et loca Pofonienfia, Sal minerale alcalicum natiuum Pannonicum, et ex eo parata remedia*, I. Ioan. Torkos; *Natiuum Sal Catharticum* Andreas Herman; *Aurum Vegetabile Hungariae*, Daniel Perlitzius; *Mineras* Ioan. Fridwalfzky; *Natragulyam Hungar.* Carol. Reyger, et M. Belius; *Terram Medicinalem Tokajienfem,* Dan. Fifcherus; *Varios Naturae thefauros* in Hungaria I. Andr. Scopoli, Comes Marfilius, Ignat Born, Felix Petantzius, alii alia; cur in decantatiffimum, o populares dulcisfimi! ac vere diuinum liquorem Hungariae profecto nectareum, et plus quam Nepenthis elogio dignum, folius naturae beneficio in montibus Tokajino vicinis parari folitum, curatius inquirere amplius negligemus? nam nec hic in cenfum ea venire poffunt, quae Petrus Ioenichius commentatus eft in Differtatione de Vineis Hungariae edita Thorunii an. 1761. in 4.

 2.) *Tra-*

2.) *Tractatus chemico-medicus de fonte ſalubri in pago Tátzmanſdorff, Tarcſa Hungaris dicto, prope Sclaning, Pinkafeldae vicino, in Comitatu Caſtri-ferrei ſcaturiente.* Prelum Typothetarum videre non potuiſſe dolendum eſt. Acidularum harum Paulus Spindlerus noſter meminit in Centur. Obſeruation. medicinal. IX. et XXI. pag. 18. et 38. cuius contenta Car. Rayger, aeque, vt prior, Poſonienſis Medicus in adnexo ſcholio egregie explicat, Fridericus vero Loewius hypochondriacis et nephreticis propria edoctus experientia optume conuenire adſerit, in Diſſertatione duorum medicatorum Hungariae fontium Appendici *Actor. Nat. Curios. Vol. IV.* inſcripta. Ea, quae Ignat. Wetſchius in Diſſert. ſua de Fonte hoc Vindobonae an. 1763. in medium protulit, haud quaquam nos morantur. Noſter Komaromius aqua hac ſoteria in cura Melancholiae ita proſpero vſus eſt cum emolumento, vt homines malo hoc tentatos vtriuſque ſexus, etiam e remotiſſimis ſubinde locis ad ſe deductos pauciſſimis praeterea adiunctis remediis, priſtinae ſanitati feliciſſime reſtituerit: aetate vero hac noſtra vſus ita euaſit popularis, vt ipſam quoque Auſtriacae dominationis metropolin clauſis lagenis adportata, ſic in Diario Vindobonenſi ſubinde repeti legimus, publice in foro, vili poſito pretio, emtoribus aegris opem ab ea ſperantibus, vertente quouis anno diuenditur.

AR-

ARTICVLVS XXV.

KYR (*Paullus*) Ioannes Honterus Coronensis posteaquam Cracouiae et mox Basileae poëseos, Eloquentiae, Matheseos, Astronomiae, Geographiae, Historiae, Theologiaeque studio animum imbuisset, in patriam ciuitatem reuersus, Varronis et Euangelistae Dacici nomen adeptus, non modo ludum litterarium aperuit, in quo omnes artes et scientiae publice traderentur, sed officinam quoque instruxit typographicam, in qua libri bonae frugis in vsus publicos omnium primo in oris Transiluanicis adolescente saeculo XVI. procuderentur. In hac Schola Medicus noster *Kyrius* docendae philosophiae, et vt videtur, Medicinae quoque, primorum vrbis auctoritate admotus est; in eo typographeo edidit anno 1551. in 8. plag. 9. duplicem argumenti medici libellum, discipulis suis antea ad calamum dictatum, et hoc insignitum titulo:

SANITATIS STVDIVM

ad Imitationem Aphorismorum compositum.

Item:

Alimentorum vires breuiter et ordine alphabetico positae.

Autore Paulo Kyr, Medico.

Impressum in Inclyta Transyluaniae Corona. M. D. XLI.

Iuuentutis Studiosae Coronensi Liber inscriptus est, in quo auctor sectae

Medicorum Galenicae addictiſſimus, ita ſcribendi rationes exponit: *Quum a Deo inſitum ſit tueri vitam et ſanitatem, et a medicis clariſſimis, ſanctiſque Viris ſemper obſeruatum fuerit, non convenit quemque neſcire eam partem, vt etiam Galenus docet, quae ad valetudinem tuendam pertinet. Non autem voluptatem, ſed neceſſitatem ſpectamus, videlicet ne corpus in morbos ac vitia delabatur, vitaeque functiones impediantur. Nam aliqui aegrotant, non ob proprium corporis ſtatum, ſed propter vitioſam victus rationem, dum aut in deſidia vitam agunt, aut nimium laborant, aut in ciborum qualitate quantitateue peccant, aut exercitium aliquod noxium exercent, aut in ſomni modo, aut Veneris immodico vſu falluntur, aut etiam aegritudine animi curisque parum neceſſariis ſe macerant, vnde nonnulli in morbum quempiam gravem incidunt, a quo tota vita ſeſe explicare nequeunt. Qui ergo victus ratione vti volunt, neceſſe eſt, vt Res non naturales et alimentorum vires agnoſcant, et ſeſe ad eas accomodare ſtudeant, de quibus hic breuiter tractatum eſt. Verum ea ab egregiis authoribus, magisque Galeno ſelegimus, quibus ſtudioſae Iuuentuti Coronenſi prodeſſe ſtudui, quod ſi conſecutus ſum etc. Pergite igitur ſtudioſiſſimi Iuuenes, veterem recipere diaetam, et ad euitandos morbos ſalubria praecepta excerpite, quo mens ſana ſit in corpore ſano.* Quia Liber iſte ita reditus eſt rarus, vt vix amplius conſpici, nedum haberi poſſit, ex ſingulo capite ſpeciminis loco ſingulos ſaltim promam aphoriſmos:

1.) *Aër calidior et ſiccior emendatur, ſi humidiores et frigidiores domos praeparabimus, pauimenta earum*

rum adſidue aſpergentes aqua roſacea, vel aqua pura tantum cum aceto: vel cum flabello facto ventulo, tum vt ex Euripo aliquo auras inſpiret machinantes. Praeterea ſternere locum frondibus ſalicis, vitis, floribus frigidis, vt violarum, roſarum; fructibus, vt pomis citrinis, aurantiis, limoniis, mire competit; et ab igne ſolisque calore prohibere expedit. Praeſtat etiam locum a pauciſſimis adiri; incredibiliter enim multitudo aërem inficit.

2.) De Cibo et potu. *Ferculorum numerus binarium non facile excedat, poſt hoc in comedendo tempus prolongare non licet. Conſuetudo in cibi aſſumptione, et in vniuerſa victus ratione ſeruanda eſt, nam inſueta moleſtare ſolent.*

3.) De Motu et quiete. *Exercitium commode adminiſtratum ad ſanitatem tuendam multas vtilitates adfert; nam calorem augmentat, cuius beneficio membra ſolida molleſcere, humida tenuari, meatusque laxiores fieri accidit; et ob ſpiritus valentiorem motum meatus expurgare excrementaque expellere neceſſe eſt. Sanitatis ſtudium ad labores impigrum eſſe ſcribit Hippocrates.*

4.) De Somno et vigilia. *Conſentiunt Medici, ſomni juſtam longitudinem eſſe tempus ſeptem horarum noctu: nam in die dormire nemo ex antiquis probauit, et mala ex hoc Auicenna haec fere enumerat: deſtilationes ex capite, corruptionem coloris, aggrauationem ſplenis, laxitatem neruorum, deſidiam ad res agendas, proſtratum appetitum, apoſtematum generationem, febres, et quaedam alia.*

5.) De inanitione et repletione. *Pueris ad decimum quartum annum ſanguis venaeſectione haud*

detrahendus, nec ſenibus poſt ſeptuageſimum, niſi in hac aetate conſtituti multi Sanguinis fuerint viresque robuſtas habuerint; at ſi neceſſitas jubeat, iis etiam venam ſecabis.

6.) De animi affectibus. *In omnibus animi perturbationibus, quaere honeſta ſolatia, vtere amicis, conuiuiis non triſtibus, tange chelyn digitis. lude fidibus, canta dulciſonum melos, quo triſtia corda reficiantur, animique habitus moderentur.*

Ex Viribus vero Alimentorum, ordine alphabetico digeſtorum, non niſi *Saluiam* et *Serum lactis* adjiciam:

Saluia calida eſt et ſicca, in cibo ſumta confortat cerebrum, Stomachum, et hepar, vtilis eſt neruis, manuum tremori, et paralyticis, in fluidis ventribus ſatis apta.

Serum lactis aluum ſubducit, praeſertim qui hoc potu plurimum vtuntur, ſi ipſam magis ſubducere velis, ſalis quam plurimum injicies. Datur quoque comitialibus, melancholicis, paralyticis, in lepris, elephantiis, ac articularibus morbis, valet item cutis infectionibus, ſplenis oppilationibus et duritiei, et hac ratione fiunt euacuationes humorum craſſorum et melancholicorum lieni inſertorum.

ARTICULUS XXVI.

LIEBEZEIT (*Georg. Sigiſmundus*) Nobilis hic Hungarus Sempronii primam lucem adſpexit die 11. Nov. an. 1689. Domi ad omnem cultum et humanitatem formatus, peradoleſcens anno aetatis decimo octavo; qui erat huius ſaeculi

culi octauus, comparandae eruditionis gratia ſedes Muſarum Saxoniae Academicas adiuit, Halae Magdeburgicae potiſſimum diuerſatus, Stahlium, Hoffmannum, Albertium duces ſecutus eſt, Lugdunum Batauorum digreſſus in inueſtigandis artis ſalutaris myſteriis Boerhavium auſcultauit aliquamdiu. Horum inſtitutionibus eas in hoc ſtudio fecit progreſſiones, vt poſteaquam ex Batauis Regiam Fridericianam iterum repetiiſſet, elapſo biennio viam ſibi ad doctoralem dignitatem aperuit, et ſummos laureae medicae honores, conferente Stahlio, anno demum 1713. conſecutus eſt. Vt hoc Doctoris nomen ipſo facto tueretur, auſpicatum artis ſuae facturus periculum, quinto, quam exierat, anno in patriam reuertit. Poſtquam ſalutarem artis Scientiam iam ſeptem annorum vſu exercitationeque firmaſſet, vrbis Semproníenſis Magiſtratus anno 1720. ciuium ſalutis et valetudinis privatim ac publice curandae praeſidem conſtituit. Vix hanc ornare coeperat prouinciam, ſuperuenit anno poſtero auctoritatis Caeſareae Diploma, quo in conſortium Collegarum Societatis Natur. Curioſor. receptus, cognomentumque *Nilei* indeptus eſt. Id quoque dignitatis ipſi poſtea contigit, vt a Sereniſſ. Principe Brandenburgo - Byrutino, Friderico, in ſuorum Conſiliariorum, et Aulae Medicorum numerum referretur. Quod ad matrimonium attinet, duxit in vxorem virginem, Michaëlis Meiſneri ſacrorum antiſtitis filiam, cum qua annos XXV. ſine querela transegit duas poſt mortem ſuperſtites relinquens filias.

Morbi

Morbi vi ac diuturnitate fractus anno aetatis vndequinquagesimo III. Eidus Nov. an. 1739. mortuus est. In funeris celebritate laudatus a Cl. Daniele Haynoczio, Sempron. Evangel. Con-Rectore, praeceptore meo aestumatissimo, Societatis Latinae Ienensis Commembro; quae lugubris oratio typis excusa anno eodem Sempronii in 4. plag. 2. Repetita in Append. Act. Natur. Curios. Vol. VII. pag. 303. seqq. (*)

OPERA.

1.) Disput. Medico-legalis, praef. Alberti, *De abortus noxia et nefanda promotione.* Halae Magd. an. 1711. in 4. Iterata ibidem an. 1730. 4. plag. 6.

2.) Dis-

(*) Pietas erga Praeceptorem hunc iure postulat, vt cursim saltim, prout hic licet, nonnulla aliaquoque quae memoria suggerit, iam adpingam opera. 1.) Differt. praef. Mart. Chladenio. *De Pharisaeis et Scribis in Cathedra Mosis sedentibus audiendis.* Vitemb. an. 1718. 4. plag. 5. 2.) *Oratio funebris in laudes Stephani Török de Telekes, Incl. Comitatuum Sempron. et Castrifer. Tab. Iudic. Assessoris ad d. VIII. Id. Apr. habita.* Lips. an. 1723. 4. plag. 5. 3.) *Epitaphium apellae Iosepho Süsz Oppenheimio ob nefanda facinora, conatusque impios an. 1738. in furcam ferream acto scriptum.* Tubing, an. 1738. 4. plag. 1. 4) *Epistola gratulatoria ad Virum summe Rev. Ios. Sipkovits Toth Superattendentem scripta.* Halae Magd. an. 1740. 4. pl. 1. 5.) *Laudatio funebris, qua Sereniss. Principem Eugenium Franciscum Sabaudiae ac Pedemontii Ducem Marchionem Salutiarum etc. ad d. VII. Id. Quintil. an. 1736. publice elatum, sollemni exsequiarum pompa auctoritate publica prosecutus est. D. H.* Vien. an. 1737. 4. plag. 12. Inserta legitur Actis Societatis Latinae Ienensis, ita etiam, quod sequitur. 6.) *Sacrum*

2.) Differt: inaug. med. *De tumore oedematoſo podagrico.* praeſ. Stahlio. Halae Magd. an. 1713. 4. plag. 4. Cui adnexa eſt gratulatoria Albertii Epiſtola, qua podagram ſine ſale explicare adnititur.

ARTICVLVS XXVII.

MARQVARDVS. In Albo Cathedralis Eccleſiae Zagrabienſis notatum eſt ad an. 1450. Marquardum Medicinae Doctorem a Principe Friderico de Cillia renunciatum fuiſſe ſucceſſorem Ioanni de Gretz, archidiacono Urbocz et Canonico Zagrabienſi, qui Romam pergens in itinere mortuus fuerat. Dum ſcilicet Cilliae Principes Fridericus et Vlricus, Eccleſiae Zagrabienſis deſignati Gubernatores, Ius Patronatus vacantium beneficiorum vſurparent, in adipiſcendo honorifico hoc Canonici munere non leuia ſibi poſita fuiſſe obſtacula certis expertus eſt

---

Sacrum Parentale, quo Diuum Carolum VI. Rom. Imp. ſemper Aug. etc. Rei litterariae conſeruatorem munificum rebus humanis an. 1740. d. XIII. Kal. Nov. aet. LVI. Heroibus fatali, exemtum, Muſae in Sempron. Evang. Gymnaſio proſequutae. Sempron. an. 1740. 4. 7.) *Emblemata in Natalem Regii Principis Ioſephi, Benedicti etc. ex Sereniſſ. Hungar. ac Bohem. Regina, Archiduce Auſtriae etc. Maria Thereſia, anni MDCCXLI. d. III. Id. Mart. nati, cum natalis ille Sempronii, Dominica Quaſi modo geniti, ſive in Albis, ſolemniter celebrabatur.* Legitur in MScpto, vt et ſequens. 8.) *Iter Sempronio Nouiſolium an. 1741. ſuſceptum, in quo Hiſtorico-politica locorum, per quae tranſiuit, ſingulorum deſcriptio, cum adjecta rerum naturalium et curioſarum commemoratione, continetur.*

eſt Marquardus Medicus documentis, quoad an. 1453, Vienna Feria VI. poſt feſtum S. Georgii Ladislaus poſtumus, Hungariae Rex, anno Regni XIII. vniuerſas quorumlibet beneficiorum in Zagrabienſi et Chaſmenſi Eccleſiis per Comites Cilliae Fridericum et Vlricum Sclauoniae Banos, factas Collationes quibuscumque hactenus Perſonis vigore Iuris Patronatus ſui regii, tamquam Rex Apoſtolicus, ratas firmasque haberet, ac vt loquitur, iterum conſtitueret ac confirmaret, vt horum ſeries Num. 843. in laudato ſtatim Eccleſiae Libro lucide ſatis exponitur. Miſſis reliquis, quae in hanc rem ſonant, documentis, exſtant in eodem Eccleſiae Archiuo Regis Ladislai V. Litterae, quae vocantur, Conſenſuales, Feria VI. poſt feſtum S. Georgii Budae an. 1456. exaratae, in quibus Rex recognoſcit per Marquardum Medicinae Doctorem, Archidiaconum Urbocz, Ladislaum item Cuſtodem et Clementem de Gara, Canonicos Zagrabienſes, preces pro conſenſu Regio ſibi nomine Capituli fuiſſe exhibitas.

ARTICVLVS XXVIII.

MARTINVS. Viri huius Spectabilis memoria in Actis MSctis Facultatis Artium Vniuerſitatis Vindobonenſis Lib. III. fol. 317. nobis conſeruata eſt, quem Artium Magiſtrum et Medicinae Doctorem, nec non Eccleſiae B. V. Mariae Budenſis Plebanum fuiſſe aperte edocemur: ob id vero quam maxime memorabilem, quod eius potiſſimum opera effectum eſſe crederetur,

retur, dum Matthias Coruinus Viennam anno 1485. deditione caperet, et Rex victor cum conjuge Regina Beatrice ouans vrbem ingrederetur, Vniuerſitatem ipſam feſtiua oratione ſe ſtudiaque ſua deuouentem in choro Eccleſiae Cathedralis D. Stephani benigne audiuerit. Duobus praeterea illorum temporum Inſtrumentis dictum hunc Medicinae Doctorem, Martinum, antiquiſſimae Matricis Eccleſiae B. Mariae Virginis Budenſis fuiſſe plebanum euincitur, quorum prius Rev. Stephanus Kaprinai Hiſtor. Diplomat. ſub Matthia Corvino Part. I. pag. 78. eruit, et ſimul docet eumdem Theologiae Profeſſorem ibidem egiſſe, quod ita incipit et explicit: *Nos Martinus Arcium et ſacre Theologie Profeſſor, Apoſtolice ſedis protonotarius, Plebanus Maioris Eccleſie Beate Marie Virginis Budenſis. Recognoſcimus preſentibus nos accepiſſe etc. In cuius rei teſtimonium preſentes ſigillo noſtro annulari conſignavimus feria VI. in profeſſo conceptionis glorioſe Virginis Marie Anno 1487.* alterum vero Rev. A. Balth. Kercſelich Hiſtor. Eccl. Zagrab. Part. I. pag. 200. ſeqq. produxit; in Epiſtola illa longiore Angelus, Epiſcopus Ortanus, Innocentii Pontificis ad Regnum Hungariae Legatus, Sedis Apoſtolicae Nuntius et Orator, Budae in Domo ſolitae Reſidentiae an. 1490. d. 5. Iul. ad Germaniam, Hungariam etc. exarata, qua litem de Decimis Eccleſiae Zagrab. motam diremit, his verbis Noſtrum pro rei veritate teſtem in calce Epiſtolae adducit: *Praeſentibus Venerabilibus Viris, D. Martino Prothonotario Apoſtolico et Budenſi Plebano, caeteris.* Rev. Xy-

ſtus

ſtus Schier in Buda ſua Sacra ſub priſcis Regibus, pag. 23. opinatur Noſtrum hunc eundem ipſum fuiſſe cum Martino illo Presbytero Budenſi, Viro aſtrologiae iudiciariae callentiſſimo, quem Matthiae Regi longiſſimum vitae tempus, falſo tamen, ſpopondiſſe a plerisque narratur.

ARTICVLVS XXIX.

MELCHIOR. (*Nicolaus*) Cibinii primam lucem adſpexit in Tranſilvania, celebris aeuo ſuo artis chemico-philoſophicae fuit Magiſter, Adeptorum numero ſe adſcriptum aperte gloriatur in Libello ſuo Alchemiſtico, *Gloriae Mundi*, ſeu *Tabulae Paradiſi* cum tali inſcriptione inſerto: *Proceſſus vniuerſalis Viae Tincturae Rubedinis et Albedinis Alchymicae Artis Magiſtri, Nicolai Melchioris, Cibinienſis Tranſiluani, ſub Forma Miſſae feliciter incipit etc.* Quae dicta Mundi gloria continetur in *Muſaeo Hermetico Sopho-Spagyricae artis diſcipulos fideliſſime erudienti, quo pacto ſumma illa veraque Medicina, quà res omnes qualemcumque defectum patientes inſtaurari poſſint, quae aliàs Benedictus Lapis Sapientum appellatur, inveniri ac haberi queat.* Francofurt. an. 1625. in 4. Repetita in eodem Muſaeo reformato et amplificato, Francofurt. an. 1677. et 1678. in 4. (*) Teſte Fabricio Biblioth. Graec. Vol. XII.

(*) Dum Nicolai Cibinienſis Vngari huius Icona inter caeteras totius Europae Adeptorum Effigies in Muſaeo hocce Hermetico contentas curatius circumſpicerem, eamque veſtitu clericali indutam ipſo adſpectu

XII. pag. 720. iam antea excusus legitur Processus iste Melchioris in *Theatro chemico* edit. an. 1622. in 8. volum. III. pag. 853. seqq. Aurifer hic Libellus oblatus est legendus gloriosissimo Principi Wladislao II. Hungariae et Bohemiae Regi, ea fini, vt benedictae artis huius Alchemicae beneficio, vt ipse in *Complenda* ad calcem Missae loquitur, Antichristi et Turcarum fiat exstirpatio, et omnes regiae Maiestatis de-

---

spectu animaduerterem, ea, vt candide mentem aperire liceat, mihi tacite subnata est opinio, Nostrum hunc scientiae Spagyricae Magistrum, eundem forte esse cum Nicolao illo Olaho Archiepiscopo Strigoniense, qui in breui Chronica aetatis suae Mscta, nouissime a Belio et Petersio ad praelum reuocata, Cibinii ciuitate principali Saxonum Transiluaniae an. 1493. se in lucem editum fuisse ipse profitetur, ibiquoque, suffragante Francisco Forgáts, honorum aemulo, in Hostoria sui temporis Mscta Lib. XIII. et XVI. inter Valachos, vnde nomen sortitus, educatum, et, vertente tempore ita in Aulam Wladislai II. Regis nostri, cui Libellus iste chrysopoeus nuncupatus est, iuvenilibus in annis commigrasse, testibus Litteris Ferdinandi I. Imp. et Regis, Olahianae familiae vniuersae priuilegia Nobilitatis Hungaricae confirmantibus, ab Illustrissimo Adamo Francisco Kollario in *Hungaria* et *Atila*, haud ita pridem Vindobonae primum publicatis, pag. 229. seqq. ex mox Gazophylacio quoque Ecclesiae Albensis, et aliis muniis sacris gerendis admotum, quem ibidem ita effuse ab Rege hoc nostro laudatum legimus, vt *docti homines ob excellentem omnium bonarum artium doctrinam suspicerent et admirarentur;* quas vero qua lege sibi reddiderit familiares, ipse in Metris ad *Emericum Kalnaium* scriptis hocce expressit disticho.

Si quid inest nobis, quod multum exile, fatemur,
Hoc furtim taciti me docuere libri.

Ast

defectus qualescumque inſtaurentur. At promiſſo benedicto hoc Sapientum Lapide nugivendulus chryſopoeus hicce Magiſter quem in modum Regem noſtrum ditauerit, *Nicolaus Iſtvanſius* Hiſtor. R. Hungar. Lib. IV. edit. Vien. an. 1758. pag. 33. aliorum Hiſtoricorum domeſticorum fide nixus nos edocuit: *niſi Regina virilis animi induſtriaeque mulier rerum domeſticarum et aulae munia curamque ſuſcepiſſet, procul dubio etiam in iis, quae ad quotidiani victus neceſſitudines pertinent, acciſis per incuriam et inertiam eius tributorum et vectiga-*

Aſt in coniectandi hac libertate ſtimulum omnino mihi addere videtur *Becherus in Phyſica* ſua *ſubterranea*, qui Alchimiſtam noſtum aeque Archipraeſulem nuncupat in verbis, quae ex laudato opere excerpta, ſtatim recitabo: *Collecta ab Archi-praeſule Nicolao Melehiore Cibinienſi Trnnſylvano ad Vladislaum Hungariae et Boemiae Regem olim miſſa: Deus largitor totius bonitatis, qui maxime in fine temporum ſola tua bonitate et ſapientia famulo tuo non ſuis meritis praecedentibus, ſed tua ineffabili pietate et gratia praeveniente lumen ſacrae artis Alchymiae inſpiraſti; praeſta quaeſumus, vt quae ex Maieſtatis dono accepit, ad ſalutem animae et corporis eius proſit, in ipſoque omnia vitia mortifica, et gratiam virtutis Infunde, vt eamdem ſacram artem ſolummodo ad laudem et gloriam Nominis tui et fidei Chriſtianae propagationem fideliter expendat per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.* Verum Theophraſtusquoque Paracelſus, dum *Dialogi von den gelben und rothen Mann Nieolai Cibinienſis* in Tractatibus meminit, honorificentiſſimo *Reverendiſſimi Domiui Domini Cardinalis* nomine eum inſignit: licet hoc perperam, illo enim Olahum numquam donatum fuiſſe lego axiomate, voluit forte homo extraneus non niſi ſingularem illius in ſedem Apoſtolicam eminentiſſimo illo titulo notam facere obſeruantiam: ſed chorus Medicorum Hungariae et Tranſiivaniae in ſinu ſuo maximopere ſibi gratulabitur, vbi dicta haec evidentioribus demonſtrata documentis olim legere poterit.

ctigalium reditibus, aut ab rapacissimis et perditissimis praefectis, procuratoribusque in priuatos vsus subreptis, defectus quam plurimos consequi necessum fuisset. etc. Exemplum Processus huius Alchemici Melchioris, quo vtor, continetur in *Thesaurinella Olympica aurea tripartita, Part. I.* auctore *Benedicto Figulo, Vtenhoviate, Poëta L. C. Theologo, Theosopho, Philosopho, Medico, Eremita D. T. P. D. G. N.* Francof. Anno TrIsMegIstae beneDICtIonIs et gratIae nobIs apparentis, edita in 8. alph. 1. plag. 2. Rudolpho II. Imper. nuncupata. Audiamus iam, si placet, quas stupendas noster hicce Adeptus, Alchemista Transiluanus, Lapidi philosophorum adtribuat virtutes; ita ille in *Alleluia* cum reliquo suo Hermetico coetu mystico elata voce cantando exclamat: *O felix conditor terrae, nive albior, dulcor suavitatis, fragrans in fundo vasis, ad instar Balsami: O salutaris Medicina hominum, quae curas in breui morula omnem corporis languorem, et das longaeuum vitae terminum, naturam humanam renouas, paupertatem fugas, diuitias tribuis, tristitiam compescis et sanitatem incolumem propinas, etc.* Et mox paucis interiectis ita artem suam sub Tono *Aue Praeclara* explicantem, immo vt hoc mirandum hominum genus in more habet, tali obscurantem aenigmate: *Salue coeli iubar speciosum, mundi lumen radiosum, hoc cum Luna copulatur, fit copula maritalis, Mercuriiqae coniunctio. Ex his tribus maxime per fluminis alueolum nascitur ille gigas fortis, quem quaerunt mille millia artis magisterio. Quibus sic solutis non in aqua nubis, numquam emendatur nostrum gumma, sed in aquam mer-*

 curia-

curialem resoluitur nostrum gumma, id est corpus quod soluitur. Hoc gumma nostrum, id est corpus, seu aqua vitae, benedictum per se solutum, vt est dictum, iam nomen habet philosophorum spermatis, id est sales sunt radices nostri operis. Nunc petit copulari virgini, sponsae desponsari, eamque in Balneo praègnare per ignis temperantiam sponsae, id est Q. Essentiae. Sed non repente virgo impraegnatur, nisi amplexibus crebris ei osculum tribuatur. Tunc in matrice concipitur, sic felix partus procreatur naturae ordine: (*) tunc in fundo vasis apparet aethiops fortis, combustus, calcinatus, colore discoloratus, penitus mortuus, vita carens: iam rogitat inhumari, et suo humore subrigari, id est liquore suo se erigere, ignique suauiter calcinari, donec ex ignis fortitudine appareat candidissimus: sed prius per

---

(*) Sacerrimum hoc Hermeticum Philosophorum Mysterium sub Virginis huiuscemodi, infantem in vtero gerentis, et turgidis vberibus sororientis emblemate egregie adumbrauit M. *Dan. Stolcius de Stolcenberg*, Med. Cand. Poëta Laur. coron. in *Hortulo suo Hermetico, flosculis Philosophorum cupro incisis conformato*, Tab. XII. fig. 23. qem Iac. Mangetus Bibliothecae suae Chemicae Tom. II. subsection. X. pag. 895. seqq. inseruit. Circulus, cui Virgo mystica expansis manibus inclusa, stat vtero grauida, hanc in circumferentia exhibet epigraphen: *Philosophicus Philosophorum Lapis vt infans lacte nutriendus est virginali;* cui inferius Pannonii Hermetis nostri nomen subscriptum legitur: *Melchior Cibiniensis Vngarus Philosophus.* Numero vero CXIX. pag. 902. ita aenigma totum tetrasticho in gratiam chymiatriae studiosorum Stolcius interpretatur:

Hic Lapis vt paruus (magnorum cura Sophorum)
Infans virgineo lacte cibandus erit.
Hinc sumet vires, tandemque aetate fauente,
Auspiciis tantis regia sceptra geret.

per ſe ſumit potum, per ſe ſit iam bene lotum in ignis perſeuerantia. Nunc efficitur gratum, proprio ſudore renatum, et redditur albatum corpus prius obtenebratum. En mirabilis aethiopis renouatio. Hinc vindicat ſibi nomen nouum per regenerationis lauacrum, quod Philoſophi appellant Sulphur naturae, et eorum filium, qui eſt Lapis philoſophorum. Dein affectat noſter Lapis, confortari, et ſuae naturae fermento fermentari, deinde humore ſuo ſubrigari, ſic temperatim deſtillari, donec ſatis biberit. Tunc incipit regnare et contrà vim ignis fortiter pugnare, ſic aſcendendo in coelum ſpaciari, quousque rex regum coronetur diademate, poſtea propria virtute proſternit omnes rebelles inimicos, et facit eos obedientes ſuo in perpetuum imperio. Hic eſt theſaurus theſaurorum, ſumma Medicina philoſophorum, coeleſte ſecretum antiquorum. Beatus, qui illud inuenerit. Qui videt talia manifeſte, ſcribit et loquitur, et ſcio, verum eſt eius teſtimonium. En Alchymiſtam, lacrymiſtam! turgidum Sophiae Hermeticae Adeptum Sophiſtam! longaeuam Neſtori vitam, et immenſas Croeſo diuitias diſtribuentem, ipſum vero cum paupertate colluctantem, bullae natantis inſtar, hominem cito euanidum!

ARTICVLVS XXX.

MICHAEL. In Tabulario Lib. Regiaeque Ciuitatis montis Graecenſis Zagrab. an. 1422. temerarios Canonicorum auſus aduerſus ciues referenti, Michaël hic Canonicus Eccleſiae Zagrabienſis Magiſter Artium et Medicinae Doctor adpellatur. Dum ſcilicet circa an. 1420. Ven.

Capitulum Zagrabienſe in Sclavonia Hungarica nonnullas Ciuitatis Regiae terras ad ſe pertraheret, et adhibita vi armata Iura ſua praetenſa ſedulo tueretur, immo Mandatumquoque Imperatoris et Regis Sigismundi in fauorem ciuium publicatum vilipenderet, exacerbatisque vtrimque partium diu multumque inter ſe litigantium animis, anno 1422. in Feſto S. Margarethae ſacro, dato prius aeris campani ſigno, ad cruenta deuentum eſt verbera, immo caedes et homicidia perpetrata; in propudioſo cleri et ciuitatis tumultu Noſtriquoque huius Michaëlis Medicinae Doctoris et Canonici domus integra vna cum reliquorum muneris ſui Collegarum aedibus direpta eſt, vt ne vtenſilibus quidem ſacris parceretur: vt haec vberius Rev. Kercſelich in Hiſtor. Eccleſ. Zagrab. Tom. I. pag. 160. docet ex Thoma Kavachevichio ex infelici illa Hiſtoria, quam Georgiusquoque Marcellevich loci Canonicus in Extractu dictae Eccleſiae vberius deſcriptam reliquit. Inquiſitiones in geſtam hanc rem collectae et vna cum ſupplice Cleri aduerſus ciues concinnato Libello Regi Hungariae Sigismundo exhibitae, in Capituli Zagrab. Archiuo adſeruatae, Michaëlem hunc Noſtrum Medicinae Doctoris cohoneſtant titulo; immo Sigismundiquoque Regis Mandatum ad Capitulum Chaſmenſe Poſonii feria II. poſt feſtum Briccii an. 1422. expeditum, vt. Num. 357. ſignatum eſt, eodem ornat axiomate. (*) Idem docent

(*) Sigiſmundi Regis huius noſtri Medicum, eumque non incelebratum, Ioannem quoque quemdam Hu-

cent Chaſmenſium Inquiſitiones, idem Evocatorium, vt vocamus, Ciuium ad Octauas ſub Num. 364. idem denique ſententiae Fororum tam ciuilium, quam et latarum aduerſus Cives per Epiſcopos cenſurarum: in quibus omnibus Michaëli noſtro honorificus Medicinae Doctoris titulus expreſſis adtribuitur verbis.

ARTICVLVS XXXI.

MONAVIVS *(Fridericus)* Natiuitas eius intra Vratislauiae moenia an. 1592. die 30. Iul. patre Iac. Monauio ICto, a Melchiore Adami in Vitis ICtorum German. pag. 178—9. laudato, et matre Anna Holtzbecheriana contigit. Patre praematura morte an. 1603. d. 6. Oct. erepto, erectae hic mentis adoleſcentulus, vnicus fortunarum et virtutum paternarum haeres optumis praeceptoribus erudiendus traditur, breui

---

Hunnelburgenſem exſtitiſſe legendo incidimus, de quo Aeneas Sylvius in Libros Antonii Panormitae, de dictis et factis Alphonſi Regis Memorabilibus, commentario, Libr. IV. n. 32. pag. 47. edit. Helmſtad. an. 1700. lepidam narrat hiſtoriolam. quam ipſius Aeneae Sylvii hic adſcribam verbis: *Inter eos*, inquit, *qui mendaciſſimi ſunt, adde ſi placet, et qui militaſſent multum, Ioannes Hunnelburgenſis non incelebratus Medicus, iubente aliquando Sigismundo Imperatore ſecedere paululum omneis, qui Comanum neſcirent. Nam cum Comanis ei res erat, qui ſunt Hungariae populi, non paruit imperio. Interogantique caeſari cur non exiiſſet; quia ſolos,* inquit, *abire iuſſiſti, qui Comanum ignorent. quae iuſſio haud quaquam me comprehendit. Nam mentiri ac furari, quod eſt Comanorum proprium, nemo aeque ignorat, atque ego calleo.*

vi temporis ſpatio aequales ſuos ingenii acumine et bonitate iam in teneriore ſuperauit aetate, perluſtratis mox vtriusque Germaniae, Galliae, Hiſpaniae, Helvetiae et Italiae Vniverſitatibus omnibus, lauream doctoralem ab Academia Tubingenſi d. 4. Nov. an. 1622. demum ſollemni medicorum ritu impetrauit, et mox tandem ad penates ſuos, amicorum ſollicitationibus victus, poſt multorum annorum decurſum reuertit: At peregrinationum nondum ſatur, iterum per Germaniam vt et Poloniam vltro citroque diu ſatisque diuagatus eſt, Hungariam quoque noſtram aliquoties ingreſſus, Poſonium, Comorram, Iaurinum etc. perluſtrauit, herbario impetu impulſus repetitis vicibus praealtos Carpati montes, Keſmarckino vicinos, loci V. D. Miniſtro duce, aliisque peritis itineris comitibus, conſcendit, Neoſolium, Cremnitzium, reliquasque vrbes metallicas naturae myſteria indagaturus peragrauit: inde an. 1634. menſe Maio Claudiopolin Tranſiluanorum, mox Albam Iuliam delatus, Inſcriptionibus veterum Romanorum colligendis ſtrenuam nauauit operam; hinc Coronam anno ſequente 1635. inuitatus, vrbis Phyſicus et gymnaſii Profeſſor vltima Iun. die conſtitutus eſt; (*) inde mox Mediam, Fogaraſinum, Albam Iuliam, Enyedinum digreſſus, Biſtricium

(*) Literas vocationis ad haec officia Monauio exhibitas, ſigillo vrbis Coronenſis munitas, placet adſcribere: *Dieweyll wir Richter vndt Rath zu Cronſtadt den Edlen, Ehrenveſten, und Hochgelahrten H. Doctorem Fridericum Monavium Philoſophum et Medicum*

ſtricium an. 1636. commigrauit, vbi denuo eamdem Phyſici ordinarii et Profeſſoris publici ſpartam intrauit: ſed quum labente tempore, reliquam quoque Hungariam peragrandi eum inceſſiſſet cupido, relicta Tranſſiluania, ex hisquoque oris noſtris, in Boruſſiam, vt fauentiorem experiretur fortunam, exſpatiatus eſt, Gedani Medici peſtilentialis munere defunctus, Thorunium, mox Regium Montem conceſſit, in hac Academia vt Doctor Philoſophus et Medicus ſcholas publicas docuit, nouiſſime omnium in Vniuerſitate Gryphica a Regina Sueciae Chri-

 ſtina

---

cum dieſe Zeit legitime vocirt vndt angelangt, principaliter zwar für einen ordinarium Medicum et Phyſicum bey dieſer unſerer Repub. Corona ſich gebrauchen zu laſſen, vndt daneben more Profeſſorio vnſern Schüelleren wochentlith 4. Stunden vorzuleſen vndt Sie zu inſtruiren: Alſz haben auch wir hierüber nicht allein des H. D. Monavii poſtulata recht vernohmen vndt meyſtentheyls ratificiret, ſondern zuegleich kegen demſelben deuthlich vnndt gantz freuendlich vnſz hierdurch erklären wöllen, alſo vndt dergeſtalt, daſz ihme H. D. Monavio auſz gemeinem vnſzerm Stadt Aerario Iährlich deputirt ſein ſollen, Auffs Phyſicat No 140. Auffs gedachte Schuel-Amt No 60. vnnd alſo Zueſamten No 200. vngeriſche Gülden oder Floren; ſolche per angarias paratis in pecuniis ihme heumbtzuſchiken; dartzu annuatim 10. Rümpffe oder Kübl Weitzen zum verbachen: vnndt Maltzes zum verbrauen eben ſo viel; item freye Wohnung, frey Holtz, vundt exemtion aller onerum civilium, vnndt ſindt daneben ferner erbötig ihme in gebür alle Ehrerbittung, Lieb vnndt Freundtſchafft zu wiederfahren laſzen. Praeſentium vi et teſtimonio litterarum noſtrarum: Signatum Coronae die ultima Iunii. An. Domini 1635.

(L. S.)

Martin Schneweiſz,
Notarius.

ſtina oblato amplo ſtipendio, anno 1649. Profeſſor Medicinae renuntiatus eſt, in quo officio laudabiliter confecto, VI. Eid. Nov. anno 1659. Vir hic omnium ſcientiarum cultu illuſtris naturae debitum ſoluit, et in Templo Iacobaeo ſub Lapide Facultatis Philoſophicae tumulatus. Ita de eo Ioannes Heunius in Proſopographia Metrica, Gryphiswald. an. 1668. in 4. edita:

Philologus ſimul ac herbaria in arte ſtupendus,
Cui nullum vidit Florida Flora parem.

OPERA.

1.) Diſſert. inaug. med. praeſ. Io. Lud. Möglingo. *Lanx ſatura rerum medicarum.* Tubing. an. 1622. in 4.

2.) *Programma, quo munus profeſſorium Braſſovii, quam Coronam vocant, auſpicatus eſt Eidib. Octobr. an. 1635. in forma patente publicatum.* In fine Programmatis huius prolixe laudat *Simonem Albelium*, Ven. miniſterii vrbici Coronenſis Praeſidem, et paſtorem primarium, dioeceſeosque Decanum, a quo in orcheſtram illam minervalem productus, et nouo profeſſoris officio inaugurandus fit.

3.) *Programma Biſtriciae Daco-Saxonum an. 1637. feriis τῶν ἁγιῶν φώτων publicatum.* Duo haec programmata *Gemellarum Dacicarum* titulo coniunctim denuo edidit an. 1641, in fol. Regiomonte.

4.) Hieronymi Fabritii ab Aquapendente opusculum de totius animalis integumentis editum an.

an. 1618. in 4. recudit Regiomente anno 1642. 4.

5.) *Bronchotome, id est, gutturis artificiose aperiendi ἐγχείρησις. Appendix gemina de Elencho affectuum ocularium, hecatontadem excedente, et hypotyposi febrium omnium.* Regiomont. anno 1644. 4. c. fig. aen. Recuſ. Gryphisvald. an. 1652. 8. Repet. Ienae an. 1711. 8. curante Georg. Wolf. Wedelio, qui benignius de eo iudicaſſe videtur, quam Goelicke in Hiſtoria ſua chirurgiae recent. pag. 238. reliqua, quae de hoc opere monuerunt viri eruditi, vid. Stolle in Hiſtor. Medic. p. 848.

6.) *Programma, quo ad Lectiones publicas de Hippopotamo, Purpura, Pinna etc. habendas ſtudioſam iuuentutem inuitauit.* Gryphiſwald. anno 1650. ipſo Quadrageſimae Peruigilio publicatum in forma patente.

7.) *Programma ad herbationes inchoandas inuitatorium Ipſ. Kal. Maj. an. eod. forma ead. edit.* Quae itinera emenſus fuerit botanica, paucis hic complectitur verbis : *tot vt vigilatas taceam noctes de perreptato vsque Sileſiano Zabotho ad viciniae Sudetes, trans voraginoſos nigrae, quam vocant, ſylvae labyrinthos in Hercyricis luſtris, ad anguſtum vsque Galliarum ambitum, delitioſum Italiae paradiſum , inuidendos Illyridis fundos, frondeos Daciae lucos, cereales Sarmatiae campos , intonſos Pannoniae montes , ac nominatim in Myſiam, Seruiamque Sparſum Carpaten* (ſic enim ex Ptolemaeo recte dices, non cum nugaci vulgo Carpathum, quod inſulae nomen eſt) *praeter Vogeſum, Adulam, Apenni-*

num,

num, *Summanum*, *Vesuuium*, *Pausylipum*, *Falerni itidem et Massici inuinia hodie praecordia. Nil jam addo de Euganeis nostris Antenoreis et Baldinis diuini Fracastorii Cophiis, aut lata ex porrecti per Celtiberos Pyrenaei vmbra, vel Carnarum, Iuliarum, Vindelicarum, Cottiarum, Lepontiarum, Paeninarumque alpium partibus emensis* etc. etc.

8.) *Crystallina, puta Luis venereae nouae Species.* Brunsvigae an. 1665. 8. ita referente Mercklino in Linden. renov. pag. 309. Heluigius dubitat eam umquam typis excusam in Notis MSCtis ad Lindenium: at id certius est MSctum originale Exemplum, vt et sequentia Monauii opera inedita adseruari in Bibliotheca Helvigiana teste Stephano Scheffelio, qui Vitam Nostri dedit, et Scripta enumerauit in Vitis Profess. Medic. Gryphiswald. an. 1756. 4.

9.) *Index Herbarii Monavii Tomis XII. constantis*, quod an. 1646. continuit plantas 2486. Catalogus plantarum Horti Medici Monspeliensis. Catalogus plantarum Polonicarum. Botanica Cracoviensia an. 1626. Catalogus Plantarum Hungaricarum an. 1635. Vita coniugis suae, Mariae Windteysen. Obseruationum physico-medico-mathematico-philologicarum Tomus. etc. etc.

10.) *Itinerarii Monaviani Tomi II.* In posteriori continentur, misso priori; 1.) Iter Polonicum, et duplex excursio ex Polonia, in Hungariam ab an. 1626. ad an. 1630. 2.) Fuga Hungarica an. 1633. 3.) Iter Transilua-

ſiluanicum an. 1635. 4.) Diſceſſus Coronenſis eod. an. 5.) Iter Hungaricum an. 1636. Diſceſſus Gedanenſis an. 1648. etc. In vtroque hoc Itinerarii Tomo plurimae inueniuntur res non modo curioſae ſed ſcitu quam neceſſariae; dum loca omnia, per quae tranſiuit, ſingulari cum accuratione deſcripſiſſe; plantas, aliaque ex tribus Naturae regnis notatu digniora, recenſuiſſe, Inſcriptiones vetuſtas et recentiores quascumque obuias indefeſſa immo admiranda prorſus induſtria adnotauiſſe ex lectione illorum dignoſcitur; dignum itaque Opus eſſe, vt prae aliis multis itineratoribus in lucem publicam liberali Maecenatum munificentia protrahatur.

11.) *Hymnorum Sacrorum Volumen.* Conſcripſit eos in peregrinationibus ſuis conſtitutus, alios Patauii, Baſileae et alibi gentium, vt Sadecii in Poloniae finibus ad montis Carpatici conſpectum an. 1629. et Albae Iuliae in tetro exſilio, alium Biſtriciae an. 1636. alios Riuuli Dominarum an. 1637. et 1638. etc, etc.

12.) *Fimbria Gruteriana Inſcriptionum Dacicarum.* Operi Iani Gruteri de Inſcriptionibus vetuſtis inſerere meditatus eſt Inſcriptiones ab eo in Tranſiluania in primis Albae Iuliae collectas numero quinquaginta nondum typis expreſſas. (*) Reliqua inedita et promiſſa opera recen-

(*) Inſcriptiones Monumentorum in Dacia Mediterranea repertorum plures quam CCXC. ſumma induſtria

recenſuit l. c. laudatus Scheffelius, quae nos huc exſcribere chartarum anguſtia iam prohibet.

ARTI-

ſtria collegit *Ioan. Seivertus*, Cibinienſis Saxo Tranſilvanus, et Vindob. an. 1773. in 4. alph. I. plag. I. edidit, omnes ſcilicet eas, quas *Lazius* in Republica Romanorum; *Zamoſius* in Analectis Lapidum et Antiquitatum Dacicarum; *Tröſterus* in Dacia Vetere et Noua; *Reychersdorffius* in Chorographia Tranſilvaniae; *Faſchingus* in Dacia Veteri; *Köleſéri* in Auraria Romano-Dacica; *Comes Arioſtius* in deperditis et ſubmerſis; *Fridwalſzkius* in Inſcriptionibus Romano-Tranſilvanicis, et Mineralogia Tranſilvaniae; *Gruterus*, alii publicarunt, nec non *Ioan. Lebelius*, Tranſilvaniae Medicus in Hiſtoria de rebus Tranſiluanicis, item *Andr. Huſztius* in Dacia Mediterranea ſ. Tranſilvania vetere, vterque in Opere MScto conſignata reliquerunt, alii. Vtinam auctori huic doctiſſimo inſpicere licuiſſet illamquoque *Sommersbergii* de vetere et noua Dacia Collectionem MSctam, ex Schedis potiſſimum Köleſérii noſtri auctam, et ad Belium transmiſſam, cuius *Kundmannus* in Rarior. Nat. & Art. Part. I. art. XXXVII. Epitomen exhibuit. Mirari interim haud deſino, qui Inſcriptiones Monumentorum in Pannonia Hungarica repertas, et in vnum Volumen collectas, umquam publicaſſet, quod equidem ſciam, in hunc vsque diem inuentum eſſe neminem. Habet nonnullas *Gruterus*, habetquoque *Muratorius*, *Scipio Maffaeus*, *Ligorius*, et non pauci alii, paſſim in Operibus ſuis adnotatas, at omnibus illis plus omniuo hac in re praeſtitiſſe videtur, laudatus ſuperius artis Spagyricae apud nos Magiſter, Samuel Kazzay, qui plures quam ſexaginta praeter Gemmas litteratas in Scriniis ſuis adſeruat eiuscemodi antiquas Romanorum Inſcriptiones, in Semproni-enſi, Caſtriferrei, Szaladienſi, Iaurinenſi, Komaromienſi, Albenſi, ſed in primis Weizpremienſi, Comitatibus, ſingulari ſua induſtria collectas, quarum vnam dumtaxat, quae medici eſt argumenti, liberali Viri litteratiſſimi manu ſuppeditatam, hic adpingam:

D. M.

D. M.
CL. CORVVS.
MEDICVS. OCCVLARIS.
LEGG. PANNICA.
FLAVIVS MACER.
ET. CONIVX. BONA.
EX VOTO.

Anno 1748. die 4. Dec. inuentus eſt Lapis rubei coloris, qui hanc gerit Inſcriptionem, in ampliſſimo ad radices montis *Sisak* ex caeſis quadratis lapidibus exſtructo Romanorum Catacumbo, vix mille paſſibus diſſito VAMIA, celebri Romanorum in Panonia ſuperiore Legionis Piae Manſione, vt lateres excocti, et fiſtulae aquae ductuum lateritiae, inſcriptione hac (VAMIA. LEG. PIA) ſignatae teſtantur, quae retento priſco nomine *Vámos*, vicus hodie eſt non infrequens, ſingularibus regum ſuperbiens priuilegiis, et quae in triſtibus ſepulta ruderibus hodiedum conſpicuis non niſi altero diſtat Lapide ab oppido, dicto *Veſzpremium*, quod facta literarum permutatione Romanorum *Praetorium*, vbi iura a Praetore dicebantur, a *Ptolemaeo* Geograph. Lib. II. cap. XV. commemoratum, fuiſſe forte dixeris, vt hoc ipſum *Conradus Celtes* in loco ſtatim Ptolemaei citato, edit. Vlmenſ. an. 1482. in fol. quam tenemus, margini manu ſua lemmatis inſtar adſcribendo haud perperam hariolatus eſt. Vtinam *Analecta Lapidum Pannoniae* a Cl. Io. Severinio in Pannonia Veter. Monument. illuſtr. Lib. I. cap. IX. pag. 28. promiſſa iam tandem aliquando ederentur! Sed haud quaquam mihi temperare poſſum, quin alteram quoque factam a Medico Romano Inſcriptionem, ex ſchedis celebris Medici Poſonienſis *I. Io. Torkos* acceptam, hic repetam, quam Sarcophagus marmoreus in Vico *Környe*, Tatae oppido, marmoris latomiis inſigni, vicino, anno 1746. erutus conſeruauit vna cum oſſibus et pepli muliebris partibus integram.

D. M.

D. M.

VICTORIAE. VERINAE. CONIVGI. PIENTISSIMAE.
DOMV. FORO. HADRIANENSI. PROVINCIA.
GERMANIA. INFERIORI. VIXIT. ANN. XXX.
AEMILIVS. DECIMINVS. MEDICVS. ORDI-
NARIVS. LEG. I. ADI. MARITVS BENE MERITAE.
FAC. CVR.

Lucernem ardentem perpetuam, quae Medicorum forte opera parabatur, Rusticos thesauri inuentores e Monumento eduxisse, et improuida manu in harenam praecipitasse constanter ab incolis hodiedum superstitibus adseritur. Adseruatur Sarcophagus iste *Majkini* in horto *Fratrum Camaldulensium.* In Comitatu vero Szaladiensi tale Romanae antiquitatis monumentum an. 1758. repertum est, licet luxatum sit, proferam tamen in medium:

I. O. M. S A C
- - - - IVS B RIN
- - - - STG. \E N V-
STI. VALERIANVS
BF. COS. V. S. L. L. M.
IMP. D. N. ALEXAN
COS

Quas Vir eruditissimus *Stephanus Wáli*, ecclesiae Almasiensis prope Komaromium parochus, in sua collegit vicinia Inscriptiones, ad nos transmissas, oblectamento nobis est hic eas adpingere:

1.) In hac *Galli* et *Volusiani* Impp. memoria consecrata est:

IMP CÆS C
VIBIO TREBO
NIANO GALLO
— — — VICTORI
AVG

AVG — ONTIF— — —
AXIMO TRIB
POT III C O S
PP PRO COS — —
— — — III AVG. TH
RACIÆ GALLIÆ
— — VOL^V^S^I^AN AF
DE GERMANIA
— — — TORE — — —

2.) In pago Szöny reperto Lapide legitur:

D. M.
C IVL CEL
LVPERCO Đ M
SALA VET EX DC
A ÆrTrTARA VIXIT
A N. C IVL CAN
DIDIANVS BLEG — i. e. Beneficiarius LEGatus.
LEG I ADI DE — i. e. LEGionis Imae ADIutricis DEfuncti.
NEPOS QVI
ET HERES
AVO N — — —
PIENTISSIMO
F. C.

3.) In eodem vico *Szöny*, qui Quiritum Bregetium fuit, iuxta Antonini Tabulas Itinerarias vrbs maxima olim in Pannonia:

D. M.
CAES ET AVIAE Q SEVERÆ
QVAE VIXSIT ANNIS XLIII
AVR SILVANVS CONIVGI
CARISSIMAE
F C.

4.) In pago, *Hetény* dicto, Longi huius, e Cassia aut Mussidia gente orti, memoria producta est ex ruderibus aedis sacrae:

D O M.
C IVL LONCVS VE- i. e. VElamen.
I LEG T AVC i. e. Imae LEgionis Tutoris AVCtoritate.
CL SECVN
DINAE C
OIVCI ET
SIBI VIVO
FECIT

5.) Vetustus Lapis, in *Castro Dotensi* custoditus, hanc monstrat Inscriptionem:

D. M.
AETERNAE QVIETI ET PERPE
TVAE SECVRITATI AVRELIAE
TERNAE CONIVGI KARISSIMAE
QVAE VIXIT ANN XXX ET TIB CL M.
CEDONI QVI VIXIT ANN X MENSES III
ET CL IVSTINAE QVAE VIXIT ANNOS III
MENSES VI ET CL LIGVRINAE QVAE VIXIT AN I
MENSES VII FILIIS EIVS ET VLP.
P. AVENTINAE TIB CL VALENTINVS VET
XC A LEG I ADI E CONIVGI ET FILIIS ET SOC
RVI KARISSIMIS

6) Statua in aula Praefecti Környensis erecta hanc gerit Inscriptionem:

DEX TE RATI
FLAVIA VIC
TORINA
PRO SE ET
RO SVIS OM
VS L M. i. e. *Dedicauit EX TEstamento RATIficato Flavia Victorina pro se et pro suis*

ſuis Optime Meritis Voto Solemni Loco Monumenti.

7.) *Vértini* in Curia *St. Nedeczky*, Iudicis Nobilium, Sarcophagus haeret hac ornatus epigraphe.

TI Q TIGINO E ROLIDEVCO
ÆQVITIBVS ROMANIS
AVRELIA VS CONS
OB RINIS CARISSIMIS
F. C.

8) *Csákvárini*, lateri rupis praealtae Baretzhazenſis, naturae beneficio polito, *Divi Ioannis Ieiunatoris*, Conſtantinopolitani Patriarchae, nec non *Mauricii Imp.* qui Tiberii II. Conſtantini gener erat, a Phoca miſere trucidati, inciſa nomina ſic nobis hodiedum conſeruantur:

D IANES AC
MAVR CONSTA
NTINVS VET EX
EXPRET - . - . - O
VS IMP - . - . -

Reliquas collectas ſuas Inſcriptiones ſtatim laudatus Vir admodum Rev. ipſe propediem publicaturus eſt in *Hiſtoria Romanorum Impp. a Iulio inde Caeſare ad Ioſephum II. Noſtrum vsque* Rythmis Hungaricis deducta, et Illuſtr. Colonelli, *Nicolai Beleznay* honoribus nuncupata. Dolendum interea eſt maximopere, quod, dum *Bregetione*, vicus *Szöny* hodie nobis dicitur, Illuſtriſſimus *Neſſczerus*, loci Dominus, ſplendidam aedem ſacram XXX. fere abhinc retro annis excitaret, indocti fabri murarii plures inſignis molis lapides, Romanorum Inſcriptionibus decoratos, pro firmando templi fundamento in profundas demerſerunt foueas, mox deinde magno rei antiquariae detrimento lateribus obruendos. Sed ne tantae rei omnis prorſus inter nos intercideret memoria, miſſis ceteris, duas verbo dumtaxat referimus Inſcriptiones, ſic in viſceribus terrae in perpetuum deliteſcentes; vnam, quae ibidem Bregetione dicata DROMOni ET HYLACi CANIBus VENATICiS BONIs; alteram, DEO SOLI ALAGABAL AM-

MVNATI MILLE Gi AD BISPFi CON: ⸬ cetera non nifi dii iam fupplebunt inferorum.

Tumba lapidea Rev-Comaromii in aula media Stephani Sixt cuftodita talem indicato anno fubminiftrauit nobis iufcriptionem:

AVRIAN VARIVS - BF TRI
BVNI. VALERIE LVCILLE CON
IVGI PIENT. Q VIXIT. AN. XX.
IN. SECONVCIO FVERVNT
ANNIS. III S V Ei ELIQVTI
FILIVM — — AV — — AXIMI
NVMV — — N. DVM OB MEMO
RIA DEFVNTI II — — SMAIS.

Recentiffime vero anno hoc ipfo labente in vico, Quiritum Bregetioni vicino, Tarján hodie, vel potius Trajan dicto, qui Traiani olim villa fuit, tabula aenea, dolendum eft, truncata, e terrae eruta eft vifceribus, hac decorata infcriptione, Almafino ad nos nuper transmiffa:

O

IMP CAESAR DIVI HADRIANI F DIVI TRAIANI
PARTHICI NEPOS DIVI NERVAE PRONEPOS T
AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG PIVS PONT
MAX TRIB POT VIII IMP II COS IIII P P
IS QVI MILITAVERVNT IN CLASSE PRAETORIA
MISENENSI QVAE EST SVB VALERIO PAETO
SEX ET VIGINTI STIPENDIS EMERITIS DIMIS
SIS HONESTA MISSIONE QVORVM NOMINA
SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBERIS POSTERIS
QVE EORVM CIVITATEM ROMANAM DEDIT
ET CONVBIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC
HABVISSENT CVM EST CIVITAS IIS DATA
AVT SI QVI CAELIBES ESSENT CVM IS QVAS

O O

Si Tabula haec ad manus noftras deuenire potuiffet integra, haberent procul dubio nonnullae Familiae

hodie-

hodiedum alicubi gentium ſuperſtites, quae de generis ſui antiquitate maximopere ſibi gratulari poſſent.

ARTICULUS XXXII.

NAGY BOROSNYAI (*Martinus*) Tranſiluanus Siculus, Med. Doctor. Patrem Ioannem N. Borosnyai veneratus eſt, quem Comes Nicolaus Bethlen, ſummus Tranſiluaniae Cancellarius, cum filio Comite Michaële Bethlen, vt ſtudiorum eius morumque eſſet moderator, quippe qui iter illud litterarium iam antea ſemel feliciter emenſus fuerat, in nobiliores exterarum nationum, Germanorum, puta, Gallorum, Italorumque academias expediuit, et quam mox a reditu ex duplici hac peregrinatione in patriam, ob exantlatos hos labores in celebri Vizaknenſium Eccleſia publicum ſacrorum adminiſtratorem conſtituit. In hoc oppido tali ordinis ſacri Viro genitus eſt Noſter Medicus, Martinus; adoleſcens factus in Scholam Bethlenianam N. Enyedienſem traditus eſt, pluribus annis omne genus litterarum et artium liberalium egregie hauſit, quibus ita ad ſtudia academica rite praeparatus, ad celebre illud Hallenſium muſarum emporium commigravit, ibi addiſcendae Medicinae tam feliciter impendit operam, vt pro capeſſendis ſummis in arte ſalutari honoribus ad d. 18. Octobr. an. 1729. publice cum omnium adplauſu diſputarit. Reduce in patriam facto prima praxeos ſuae exordia in Aula Ioſephi. S. Rom. Imp. Comitis Teleki de Szék fecerat, et mox Cibinii fortunae ſuae ſedem fixerat, vbi

Inclitiquoque Gubernii Transiluanici Medicus ordinarius cum annuo stipendio constitutus est, et ita felix euasit Practicus, vt nemo de salute sua desperauerit, quin hoc tanto artifice spem habuerit reliquam. Dum vertente anno 1738 contagiosa lues pestifera Cibinium adfligere inciperet, ipsis Kal. Augusti subito ab hoc malo correptus exspirauit, et nulla interiecta morula iussu magistratus ciuici tumulo conditus est, eo scilicet ipso die, quo frater germanus, Sigismundus, S. S. Theolegiae ad Viam Anniam pluribus annis Professor publicus opera Principis Lobkovitzii liberatus est e carceribus, in quos maleuolorum inuidia cum aliis nonnullis primi subsellii Viris nihil tale meritum coniecerat. Monumentum, quod labente tempore manu artificis egregie fabrefactum est, hac lugubri signatum est Inscriptione:

Insignia Martini N. Borosnyai, Med. Doctoris, dum viueret experientissimi, Iohannis Filii.

Memento mori. Cupio dissolui, et esse cum Christo, quem nouissimo die tamquam redemtorem meum viuum contemplabor.

In Coemeterio Suburbano Cibiniensi Transiluaniae. Authore Fratre suo Sigismundo N. Borosnyai; Theologiae Doctore et Professore N. Enyediensi.

OPERA.

1.) Dissert. inaug. med. praes. Frid. Hoffman. *De Potentia et impotentia animae humanae in corpus*

pus organicum sibi iunctum. Halae Magdeb. an. 1729. in 4. pl. 9. Honoribus Illustriss. Iosephi S. R. I. Comitis Teleki de Szék dicata. De Nostri hac Dissertatione in Vnpartheische Kirchen Historie Tom. III. pag. 177. sequentia leguntur: *Im Iahr 1729. gab daselbst (Halle) Martin Nagy Borosnyai ein Siebenbürger seine Disputation, die er unter dem H. geheimden Rath Hoffman gehalten hatte: De potentia et impotentia animae humanae in corpus organicum, ob und wie weit die menschliche Seele in dem menschlichen Cörper wirke? in qua animae in producendis motibus voluntariis potentia, spontaneis vero impotentia secundum Philosophiae Sanioris et Medicinae retionalis principia explicantur et demonstrantur, als ein Tractat heraus, darinnen Er wieder Leibnitzen und Wolffen in Ansehung der Lehre von der Vereinigung der Seele und des Leibes stritte etc.*

4.) *Herbarium viuum, plantas Transiluaniae continens.* Opus hoc singulari elaboratum industria, laudatus Frater natu minor in publicam Collegii Bethleniani Bibliothecam intulit.

ARTICULUS XXXIII.

PALVMBINI (*Matthaeus*) Patria Divek-Ujfaluensis Thurocenus est, studia, quae domi adolescens adsiduo prosequebatur ardore, Ienae apud exteros coepit confirmare, itaque breui adeo eminuit, vt *Dissertatione de Principio actionum humanarum*, marte suo conscripta, initium fecerit publicandi ingenii, eo quidem cum suc-

 cessu,

ceſſu, vt reduce in patriam facto, Moſchovienſis ſcholae curatores efflorеſcentis in eo doctrinae opinione permoti an. 1668. Eliae Auguſtini in informanda iuuentute ſcholaſtica ſucceſſorem denominarent: dum in obeundo hoc, quidquid erat muneris, magis magisque in dies inclaruiſſet, eam honoris nactus eſt acceſſionem, vt an. 1671. Solnam ad regendum ludum litterarium auocaretur: ſed dum pari dexteritate et induſtria, ſpartam hanc adminiſtraret, et notiſſima illa decennalis Reip. ſanctioris diuexatio infelici fato initium ſumeret, (*) relicta in patria coniuge, pathmum quaeſiturus, in academiam Ienenſem remigrauit, nihilque in hac muſarum ſede egit aliud, quam vt optimarum rerum, in primis illarum, quae Medico neceſſariae ſunt, cognitione ſeſe locupletaret, et mox ornamenta Doctoris Medicinae et priuilegia an. 1679. iure ſuo adipiſceretur. In patriam deinde tellurem, quo oLIVa feLIX a paLVMbe In pannonIae oras DefertVr, denuo reuerſus, ita medicinam facere coepit, vt non minus viri

(*) Lugubrem temporum horum faciem vix alium quempiam tanta cum accuratione depinxiſſe nouimus, quam *Nicolaum Bethlen*, Sedis Siculicalis Udvarhely Capitaneum ſupremum in *Apologia* ſua, anno 1677. in 4. plag. 8. impreſſa: ſi tamen vnum excipias *Bruynninxium*, foederatorum Belgarum nuntium, qui biennio iam ante, rem omnem illam ſingulari Libello, glorioſiſſimo Roman. Imperatori Leopoldo, exhibito complexam, in *Vera et clara Deductione* ſua, cuius apographum phyliris 28. et amplius, manu deſcriptum tenemus, ampliſſimis verbis expoſuerat.

viri experientiſſimi quam officioſiſſimi laude quam maxime effloruerit: quo factum eſt, vt breui tempore ordinarii Lib. Regiaeque Ciuitatis Trenchinienſis, ut et vniuerſi Comitatus Phyſici munere ornaretur, quam quidem prouinciam inſigni gloria dexteritatis ac ſollertiae adminiſtrauit adeo, vt in ſplendidiſſimas Procerum regni aulas, Nobilium que palatia aegrotorum cauſſa certarim arceſſeretur. Tandem moleſtiarum et aetatis ſatur, Trenchinii et medendo et viuendo finem impoſuit. Qui plura de eo ſcire cupit, legat *Vade Proſperum*, a Daniele & Chriſtiano Kleſchiis, Magiſtris, et reliquis ciuibus Hungaris, redeunti in patriam, Ienenſi ſtanno euulgatum; ſed conſulat in primis Ioannis Rezikii Profeſſ. olim Eperjeſſienſis Gymnaſiolog. Evang. Hungaric. a Rev. Mart. Lautſekio adornat. Part. I. cap. X. §. 24.

OPERA.

1.) Diſput. theolog. abſq. praeſ. *De Prouidentia Dei ex lumine Naturae deducta.* Ienae an. 1675. 4. Totus in eo auctor eſt, vt Sam. Rhetorfortii ratiocinia firmis conuellat argumentis.

2.) Diſſert. ſ. praeſ. *De obiecto Metaphyſicae formali.* Ienae an. 1678. in 4. adplaudentibus Matthia Geſſen, illuſtr. Regim. Saxo-Ienenſis Aduocato ordin. et Io. Scholaſtici, S. S. Theolog. et Philoſ. Studioſo, diſcipulo nuper in Moſchovienſi et Solnenſi Scholis cariſſimo, qui poſteaquam ordines ſacros d. 16. Dec. an. 1705. ſuſcepiſſet, teſte Iac. Zable-

ro in Ind. ordin. N. 157. coetui Varnensi docendo praefectus eſt.

3.) Diſſert. inaug. medic. praeſ. Aug. Henr. Faſchio. *De Phtiſi.* Ienae an. 1679. in 4.

4.) *Rev. Danieli Kleſchio*, Poëtae Laur. Caeſar. Hungaro, Eccleſiarum Günzienſis, S. Georgii, Varallyenſis, Olaſzienſis antiſtiti, et Fraternitatis XXIV. Regal. Scepuſienſis Seniori, ſed iam exſuli, cuius poſtea vita a Czvittingero in Specim. Hungar. litter. in Artic. prolixe deſcripta eſt, in *Palma preſſa altius aſſurgente* in forma 4ti ordinis, flebilibus carminibus XII. expreſſa, *tali congratulatus eſt Elegia:*

Hungara te luget ſublatum concio myſtam,
Improba quam diro turba furore quatit.
Tu patriam repetis, quorumque ſub axe rotaris,
Exſulat a patria te exſule noſtra ſalus.
Lipſia facundum miratur in ore Periclem,
Laurigerum ſpondet praemia grata decus.
Conſtans ergo tibi peperit fiducia palmam,
Exſilium lauro tempora docta premit.

ARTICULUS XXXIV.

PANNONIVS (*Michaël*) Artium Liberalium et Med. Doctor, Spectabilium ac Magnificorum Dominorum Ioannis et Georgii de Zapolya, Comitum perpetuorum terrae Scepus. Secretarius. Sic ille adpellatur in Liteis in Conuentu Iaſzouienſi adſervatis, & per Petrum de Caſſchovia, AA. Liberalium Magiſtrum et loci Praepoſitum in Sabbatho proximo poſt feſtum

ad-

adſcenſionis Domini an. 1522. ſignatis, in quibus Ioannes Henckel Archidiaconus de Thorna ſuper vltima voluntate Chriſtophori de Zemenchen praeſente Pannonio hocce noſtro Medicinae Doctore, et muneris ſui collega, Benedicto de Szent Maria, et aliis, faſſionem publico Inſtrumento celebrat. Poſteaquam Iohannes ille Comes ad regiam in Regno Hungariae maieſtatem ſublimatus eſſet, archiatri quoque munere Pannonium noſtrum in eiusdem aula functum fuiſſe accepimus. Praeter *Chriſtophorum* et *Valentinum*, patrem et filium, *Pannonios*, vtrosque Medicos, nuper a nobis Centur. I. artic. 68. commemoratos, eſt alterquoque *Michaël Pannonius*, a partria Solnenſis dictus, cui D. Lucam Oſiandrum Licentiam in Arte Medica an. 1637. Tubingae impertiiſſe alicubi legimus. Verum minime hic cum cognomine *Michaële Pannonio Aſcanio Solnenſi* confundendus eſt, qui dum in Vniuerſitate Pragenſi a Dan. Baſilio de Deutſchenbergck, I. V. D. et Profeſ. Matheſ. ad d. 5. Mart. an. 1620. prima philoſophiae laurea inſigniretur, et in acroaterio academico ſequens axioma maſcule defenderet: *Praeſtatne hoſtem foris adoriri, an eum domi exſpectare:* eum Ioannes Baſtnerus, Neoſelinus, conterraneus, ſubmiſſa excepit gratulatione, Ioannes vero Zabra tali adfatus eſt carmine, typo Pragenſi expreſſo:

Omnis in Aſcanio ſtat cari cura parentis,
Virtutum vt cumulet nobilitate genus.
Omnis et in Natis ſtudii ſtat cura parentis,
Vt Studii gemmis quilibet auctus eat. etc. etc.

Aſca-

Afcanium hunc Solnenfem Scholae poftea Solnenfis Rectorem, et in Aula Principis Tranfiluaniae Rakotzii Medicum exftitiffe Rezikius refert Gymnafiologiae fuae MScptae Sect. II. quem vita aulica faturum ad Tenchinienfes rediiffe, atque arte fua Machaonia, quam paffim exercebat, multis fuiffe folatio; puellam vifam per fomnium, panem in foro publico vendentem, in vxorem duxiffe fed infeliciffimam ultimam vitae aetatem Szakoltzae exegiffe, poëtamque excitato et excellentiffimo fuiffe dotatum a natura ingenio, idem patrius commemorat Hiftoricus. Inter reliquos omnes hos Pannonios, decus illud et ornamentum Patriae, *Ianus Pannonius*, Quinque-Eccleſienfis Praeful, Poëta, a domefticis et peregrinis Scriptoribus ob variam eamque folidam eruditionem concelebratus, meruit primo omnium loco commemorari, quem quidem medicinam vmquam feciffe minime crediderim, quum poft reditum ab oris Italicis caftra Coruini regia miles continuo fecutus fuerit, et paullo poft, eminentem Praefulis infulati dignitatem adeptus ab eiusmodi munere prohiberetur: aft tamen cognitionem non vulgarem in illo huius artis adfuiffe, non eft vt quidquam dubitemus, quam ille ex acroafibus Marfilii Ficini medicis, dum Florentiae ftudiis operam nauaret, haufiffe conftat. Ipfummet Ianum noftrum teftem de fe peridoneum et locupletiffimum excitare poffumus, qui in Epiftola ad Fontium data, pofteaquam rerum naturalium cauffas a Ficino apertas enumeraffet, verfu 169. feq. ita loquitur:

Et

Et modo pallentes humano corpore morbos.
Qua valeam medica pellere, monſtrat, ope. (*)

Quid quod et alibi paſſim in eius verſibus licet obſeruare non obſcura medendi ſcientiae veſtigia. Sic in Elegia I. de fonte medicato Narnienſi verſ. 15. ſeqq. Item Elegia XI. dum e pede laboraret, ita Apollinem adloquitur verſ. 4. 5. 11. 12.

Huc ades intonſus Paean, formoſe capillis,
Huc ades, o medicae Phoebe repertor opis!
Te coluiſſe mihi teneris rogo proſit ab annis,
Atque Sabaea tuis thura dediſſe focis. —
Quisque ſuos diuum cultores ſpectat, et illis
Propitio ſemper numine mitis adeſt.
Tu quoque, Phoebe pater, lacrymas ne ſperne tuorum etc.

Nec non Elegia XII. verſ. 16. 17. 18. 19. ſeq. quum dormire ſeptem noctibus nequiret:

Quod fuit humanae, totum tentauimus, artis,
Inuenta eſt noſtri nulla medela mali.

Nil

(*) Meminerim me olim in Bodleiana locum hunc ex antiquiore Iani operum editione in Aduerſaria mea retuliſſe; quia nunc eumdem ſaltim ex recentiore, Typo Budenſi an. 1754. in 8. in lucem protruſa, repetere debuerim, et hanc mox magna ex parte foede caſtratam animaduerterim; non ſine leui indignatione abieci in loca, neſcio quae, numquam amplius in manus reſumendam. Ciues patrii! ciues dulciſſimi! cur fercula bene condita, menſae olim liberaliter adpoſita, incautius conſilio iniquo ſubuertitis, quae alii ſapide forte deguſtauerint: reddite, quaeſo, Domino ſuo, quod ablatum luget litteratorum reſpublica acerbius.

Nil rosa, nil violae, nil semina lactucarum,
Nil me cum lolio iuuit hyoscyamus.
Frustra aloë, frustra nobis fragrauit anethum,
Nec gelidis linier profuit vnguinibus.
Non habuere suas in me vlla papauera vires,
In me Mandragorae non habuere suas. etc.

Taedet exscribere, quae Elegia quoque XIV. ℣. 10. 11. 12. 13. seq. et alibi passim Machaonio cecinit ore. Quodsi Blondus, Sabellicus, et Tiraquellus, referente Freindio in Historia Medicinae edit. Paris. an. 1728. 4. pag. 55. Procopium, celebrem, Iustiniano imperante, historicum et sophistam, et alios ex huius generis descriptionibus medentem fuisse colligant, non minus argumento nobis in Iano Pannonio esse poterunt, opinor, ac debent, illum vt omnium doctrinarum libero homine dignarum longe peritissimum, ita Medicinaequoque haudquaguam fuisse expertem: Sic enim id temporis in Italia ab eodem homine omnes in vniuersum artes perdiscebantur, quod in Hieronymo Castello, Ludouico Carrio, et aliis innumerabilibus Medicis videmus, qui praestantissimi medentes, iidemque poëtae et oratores exstiterunt. (*)

ARTI-

(*) Ianum hunc Pannonium, *Quinque-Ecclesiensem Episcopum*, aliter *Ioannem Vitèz*, fuisse adpellatum tresque eodem nomine insignitos exstitisse in Hungaria Antistites ex Historiarum patriae fragmentis addidicimus: *alter* horum Nostri huius auunculus *Ioannes Vitèz*, *Episcopus Varadiensis* est, Ioannis Corvini, Hungariae gubernatoris filiorum, Ladislai et Mat-

ARTICULUS. XXXV.

PARSCHITIVS (*Nicolaus*) Georgius Parſchitius, Solnenſis, Thomae filius; primum patrii gymnaſii Rector, et acerrimus Philoſophiae Ariſtotelicae aduerſus Rami ſectatores defenſor, inde Eccleſiae Aug. Confeſſ. addictorum Rajecenſis, mox Predmirienſis, atque B. Mariae, tandem Roſaebergenſis theomyſta, contuberniique Liptouienſis Senior, in ſuggeſtu ſacro ad d. 27. Iul. an. 1653. graui apoplexia tactus, teſte Burio in Micis MSctis, reliquit filios a morte ſuperſtites quinque, Nicolaum, Eliam, Danielem, Chriſtophorum, et Zachariam: Chriſtophorum quidem Philoſophum, acutum, et Poëtam facilem; Danielem vero Theologum, Philoſophum, Philologum, Poëtam, Muſicum, vtrosque editis ſcriptis ſatis celebres, a Czvittingero in Specim. Hungar. litter. in artic. pag. 295. ſequ. non vulgaribus laudatos encomiis. Hoc eruditorum Virorum patre et Catharina Koſſelia, faecunda matre genitus eſt Nicolaus Parſchitius, poſt-

---

Matthiae, in bonis artibus inſtructor, anno demum 1465. poſtulatus *Archiepiſcopus Strigonienſis*; Virum Graecis Latinisque litteris, ſed Matheſeos in primis ſtudio, liberaliter excultum *Ioannes Regiomontanus*, regius Profeſſor Budenſis, memoriae poſteritatis commendauit in *Ephemeridibus Aſtronomicis* illi dedicatis. *Tertius* e Viteziorum gente Antiſtes, cui I*oannis* nomen adhaeſit, *Sirmienſis* primum, mox *Weſzpremienſis Epiſcopus* eſt, et noviſſime Maximiliani Imp. fauore *Eccleſiae* ſimul *Vindobonenſis Commendatarius*, hunc nos eruditi quoque Sodalitii litterarii Celtico-Danubiani Budenſis electum vnanimi ſociorum conſenſione Praeſidem exſtitiſſe evidentibus alibi euincemus argumentis.

posteaquam in litterariis Patriae passim Ludis Paullum Nostitium, Georg. Conradi, M. Io. Iacob. Hengelmaierum, Ioannem Kucsera, alios audiuisset, in exteris vero oris post exactos XVI. annos Dantisci, Regiomonte, Rostochii, et Gryphiswaldiae M. Ioan. Zimmermannum, Nicol. Henrici, Dan. Lagum, Abrah. Calovium, Ioan. et Dan. Boehmios, Christian. Dorscheum, Ioan. Ledselium, Georg. Vosegenium, Ioan. Beckerum, Dav. Keplerum, Nicol. Seligmannum, studiorum Duces fuisset veneratus, et nouissime in Academia Gryphiswaldensi titulum Licentiati in vtraque Medicina Galenica non minus quam Theophrastica an. 1659. fuisset consecutus, Patriae redditus, ex indulgentia Illustriss. Comitum Gabr. Illyésházy et Stephani Tökölyi prouinciam docendae scholae Rosaebergensis accepit et mox ad regendam ecclesiam Selniczensem an. 1666. ita Stephano Comite de Tökölyi volente transivit, vix expleto in sacro illo munere anni vnius spatio ex vita hac fatorum necessitate decedere coactus est, posteaquam arte sua salutari, quam cum laude exercuit, ipsisquoque Regni Hungariae optimatibus innotuisset. Talia de Nostro hoc Parschitio memoriae posteritatis commendavit Ioan. Rezik in Gymnasiolog. Evang. Hungar. MSct. Part. I. cap. XV. §. 41. quam Cl. Mart. Lautsek, Felsö-Sajoiensis et Redoviensis V. D. Praeco, doctissimis suis Adnotationibus an. 1772. auxit, vt Maecenatum liberalitate adiuta luci iam iam committatur publicae.

OPERA.

OPERA.

1.) *Conclusiones Medicae Varii argumenti.* praes. Georg. Vosegenio, Med. Doct. et P.P. O. Regiomont. an. 1656. in 4. Inscriptae D. Stephano Tökölyi, supremo Comiti Comitatus Liptouiensis.

2.) Disput. inaug. med. praes. Ioan. Heunio, Med. Doct. et P.P. *De Colica.* Gryphiswald. an. 1656. in 4.

3.) Disput. theolog. Resp. Paul. Kubitza, Silesio. *De Iustitia Scribarum et Pharisaeorum.* Solnae in Hungaria typis Ioan. Dudan, an. 1665. in 4. Dedicata Ill. Comiti Emerico Tökölyi, Haereditario de Kesmarck, et Comitatus Maramarosiensis electo supremo Comiti, natalem suum Mense Novemb. feliciter celebranti.

4.) Michaël Institoris Chiliasmum suum dirutum dum Liberae Regiaeque Civitati Eperjesiensium nuncupatum, et Mich. Alauda Resp. in Schola Moschoviensi defensum an. 1665. publicaret, quam scite calculo et suffragio suo Nicol. Parschitius V. M. L. adprobauerit cum aliis, ibi videri poterit. (*)

ARTI-

(*) Excussum Fraternitatis Liptouiensis Protocollum talia nobis suppeditauit quaedam actae vitae testimonia, non reticenda, pag. 293. *Anno 1660. Dominica Exaudi, Dominus Doctor Nicolaus Parschitzius celebrauit nuptias, ad quarum solemnitatem Venerab. Fraternitas inuitata, praesentauit honorarium duos impe-*

pe-

ARTICVLVS XXXVI.

PATAKI (*Samuel*) Auum Stephanum Pataki veneratus, in oppido S. Patak comitatus Zempliniensis genitum, qui dum relicta Hungaria an. 1638. Claudiopoli Transiluanorum fortunarum suarum sedem figeret, ibi filium sibi cognominem Stephanum ex Anna, Nicolai Körösi viri praenobilis filia suscepit, in vico postea Toroczko Sz. György et Görgény Sz. Imreh, nec non in Aula Sereniss. Principis Michaëlis Apafii concionatorem facundissimum: hoc patre et matre Catharina Nagy Böszörményi Kal. Ian. an. 1692. in hanc mundi lucem editus est Samuel. Simulac anni permiserunt, idoneis praeceptoribus erudiendus traditus, an. 1713. numero ciuium togatorum celebris gymnasii Claudiopolitani adscriptus, Samuelis Szathmár-Némethi, Matthaei Batzoni, Andr. Zilahi

periales per Rev. D. Simon. Fabritium, et Rev. D. Benjam. Carbonarium, tanquam deputatos fraternitatis Ablegatos. Item pag. 344. *An.* 1666. *d.* 7. *Iul. Excellent. Superintendens Ioach. Kalinka litteris monuit Ven. Fraternitatem ad B. Mariam congregatam, ne recipiatur D. Nicol. Parschitius, Pastor Selniczensis, idque propterea quod nullam acceperit vocationem, sed signaturam dumtaxat proventuum cum scandalosis conditionibus in derogamen S. ministerii, et diminutionem proventuum parochiae illius vergentibus. Accusarunt eum subditi quoque parochiae illius quod eos laboribus nimium oneret, iuxta consuetudinem piorum suorum praedecessorum non alat, atque secularibus percutiendos tradat, cum protestatione, quod nisi de rigore remiserit, sessiones suas deserent. Denique litem ei mouit Vidua Rev. Andreae Palik caussa frugum et metretarum etc.*

hi et Ioan. Remetei, inſtitutionibus in cultiori latinitate, lingua Graeca, aliisque, quae hodiedum ibi doceri ſolent, diſciplinis vſus, et variis ſcholaſticis defunctus muneribus an. 1720. Comitis Paulli Teleki ſtipendio adiutus, cuius filio Adamo ephorus ante commendatus fuerat, iter academicum ingreſſus, per Poloniam Dantiſcum, inde Franequeram, mox Vltrajectum, et tandem Lugdunum Batauorum adpulit, ibi Boerhavium, Albinum, Ooſterdickium, fideliſſimos artis medicae interpretes auſcultauit, anno vero 1723. et ſequente, Halae Magdeburgicae, Hoffmanno, Albertio, Iunckero, medicam ſcientiam omni fide ſcientiaque explicantibus, auditorem ſe dedit adeo diligentem, vt ſalutaris artis, cui ſe totum conſecrauerat, praecepta ſibi redderet familiaria: his itaque, quae Medicum ornare debent, neceſſariis inſtructus dotibus, viſitata prius Dreſda, Berolino, aliisque illuſtrioribus Germaniae locis, an. 1726. vna cum Ill. Comitibus Adamo et Ioſepho Telekiis, itineris litterarii comitibus ſaluus et incolumis in patriam reuertit, Kendilonam ſe contulit, et e re ſua eſſe putauit, vt ibi praxeos ſuae initium faceret, inde mox Deſinum tranſiuit, ibi fidiſſimam thalami vitaeque ſociam Mariam, Danielis Dálnoki in Comitatu Szolnok interiore Vice - Comitis filiam, inuenit, qua cum viginti quatuor annos dum ſuauiter ſine querela viueret, trium ex ea liberorum parens factus eſt. Dum per decennium in dicto hoc oppido ſat bene viueret, et in Comitatu Szolnokienſi prouincialis Medici officium non ſine

rerum ſucceſſu adminiſtraret, collectis reculis an. 1738. Claudiopolim amplificandae praxeos medicae ſtudio ductus vna cum coniuge et tribus prolibus Maria, Samuele, et Sara commigrauit, hic per longam annorum ſeriem aegris eius conſilia implorantibus ſalutares porrexit manus: in medendo cautum, prudentem, patientem, conſtantem, ſalutemque aegrotorum ſerio cupientem fuiſſe Medicum vniuerſa teſtis eſt Tranſiluania, merito ſuo Dacicum aeui ſui Aeſculapium adpellitando. Sicut autem pietas eius erga Deum vera fuit et candida, ita Deus Eum probaturus tandem lecto adfixit, vbi ſenſim augeſcente morbi regii grauitate corporis vires cum ſubſequente hydropiſi an. 1766. proſternerentur, et ſenex LXXV. aetat. annum ſupergreſſus, VIII. Kal. Octobr. mortalium numero eximeretur. Naenias lugubres triſti in funere, typis Claudiopolitanis in 4. plag. 2 ½. exſcriptas, cum adnexo frequenti muſarum choro decantauit Vir clariſſimus, Michaël Tſomos, Iuris publici Profeſſor ordinarius. Vix alios excellentis ingenii ſui foetus luce publica dignos, praeter *Tractatum de Peſte*, *Nomenclatorem plantarum Tranſiluanicarum*, et *Obſeruationes clinicas*, ampliſſima praxi impeditus, relinquere potuit, at reliquit filium non degenerem ſibi cognominem SAMVELEM PATAKI, anno ſeculi huius triceſimo primo, die menſis Martii viceſimo genitum, cui ita contigit eſſe felici, vt a prima iam inde aetate in ſacrorum cultu ſcientiarumque elementis a priuatis publicisque, quibus tradebatur, praeceptoribus ſollertiſſime

erudi

erudiretur, et iuuenis XVI. annos natus, dignus iudicaretur, qui altioris indaginis doctrinas ex Francifco Cfepregi, Georg. Vereftoi, Georg. Hufzti celebribus Lycaei illius profefforibus percipere poffet, quare in numerum ciuium togatorum relatus, animum ab initio impellebat in philofophiam et mathefin, poft hanc vero principem ftudii fui laborumque finem volebat effe artem medicam: quidquid igitur ad hanc excolendam domi forisque inueniebat, illud fedulo conquirebat, Lugduni Batavorum, quo an. 1752. cognitionis fuae ambitum amplificaturus peruenit, in Phyfica et Mathefi explicanda defudantem immortalis memoriae Virum Mufchenbrockium, praeceptorem, fumma cum diligentia per triennium fequebatur, reliquos quoque in ea academia Doctores, Lulolfsium in Metaphyfica et vfu globorum, Alemannum in phyfica, Hemfterhufium in lingua Graeca, Schultenfium in Hebraica et Arabica, Oudendorpium in Hiftoria vniuerfali, Albertium in Theologia, et ceteros, haud negligebat. Hic adminiculis ad ftudia medica rite praeparatus, ad artem falutarem, in cuius quippe culturam a puero infigni ferebatur inftinctu excolendam, Francofurti ad Viadrum an. 1755. Carteufero et Bergenio viam praeeuntibus propius accedebat, fed exorto mox funefto bello Boruffico, Batauiam anno fequenti ob turbatas Mufas repetere coactus fuit, Traiecti ad Rhenum Oofterdickium, Wachendorffium, Woertmannum fideliffimos artis medicae interpretes praeceptores nactus, anno 1758. d. 11. Septembr. Docto-

ctoris Medicinae axiomate a celebri illa Vniuersitate cohonestari meruit, et meritis etiam doctrinae praemiis a Patria ornari debuit, factum id est, nam anno statim insecuto munus Professoris in docenda Philosophia et Mathesi ordinarium a Collegii Claudiopolitani curatoribus ad eum sollemni ritu delatum est, cui tanta cum fide curaque in hunc vsque diem praeesse intelleximus, quantum ab eo exspectare iubet vitae integritas, et tanta cum vtilitate discentium, quantam facile promittebat multorum annorum vsu comparata solida eruditio: reliquumque ab officiis his scholasticis tempus curandis aegrotantibus, qui illius opem implorant, sedulo nec absque prospero rerum successu impendere.

OPERA.

1.) *Theses Medicae XXXV.* pro Gradu Doct. in Medicina consequendo. Traiecti ad Rhen. an. 1758. 4. plag. 2. Illarum XVtam, quae maxime placuit, depromimus: *Febris saepe mirifice adeo salutaris est, vt certius aliud potentiusve auxilium natura vel ars vix agnoscit. Unde merito eius faciendae magis, quam abigendae potestatem sibi negatam Medici dolent.*

2.) Vtilissimos in sanctiore republica *Francisci P. Páriz*, Med, Doctoris libros *Pax animae*, *Pax sepulcri* inscriptos, item *Wolffii Mathesin*, et *Baumeisteri Elementa Philosophiae* litteris Claudiopolitanis cum cura recusos publicauit; *Seileri Historiam theologiae reuelatae* ex

Teuto-

Teutonico fermone in vernaculum transfundendum praecepit, et iconibus Amfteledamo aere fuo procuratis adornauit; *Lugubres orationes* plures publice cum auditorum adplaufu recitauit; vnam in funere Med. Doctoris, *Iofephi Zoltán*, idiomate natiuo huiuscemodi argumenti: *Elég annyi idöt az ember eknek élni e'világon, a'mennyit rend fzerént közönfégeffen fzoktunk elérni*; *alteram* in exequiis Viri Nobiliffimi *** probaturus *nos in vita hac non nifi dormire, & tum demum euigilare, ac fomnum primum animaduertere, cum morimur; tertia* dicta eft Illuftrif. Lib. Baronis *Georgii de Korda* filiolo. *de praerogatiua aetatis puerilis prae iuuenili et fenili; quarta*, ftanno Collegii Ref. Claudiopolitani fignata, Illuftr. S. R. I. *Comiti*, *Adamo Teleki Székienfi*, *de propellenda in exfilium morte*, diferto ore parentatum eft: habet Vir hic, promouendis rei fcholafticae in primis commodis intentus, alios quoque libros luci litterariae iam iam exponendos.

ARTICULUS XXXVII.

PECK (*Ioannes Chriftophor.*) Tyrnauiam natalem Vrbem agnofcit: in duobus patriae gymnafiis, altero Pofonienfi, altero Sempronienfi ftudia humaniora abfoluit, atque dum naturali velut inftinctu animum ad ftudium Medicum excolendum haberet intentum, anno 1736. Hallenfium mufarum palaeftram ingreffus eft, cupiditate plura difcendi incitatus, inde Berolinum pedem promovit, quo in loco in anatomicis et

chirurgicis Caſſebohmium atque Senffium, celebres duumviros praeprimis audiuit, ſed priuilegia doctoralia Halae Magdeburg. d. 4. Nov. 1739. conferente Albertio, obtinuit. Anno eodem ad exitum vergente Sempronium reuertit, in qua vrbe dum induſtriam ſuam quotidianis exercet experimentis, eum amorem beneuolentiamque ciuium ſibi comparauit, vt anno 1747. vrbis ſenatus, publicae valetudinis antiſtitem conſtituerit. Sed vix integrum annum obtentam hanc ornare potuit prouinciam, cum ecce morbo correptus acuto, eoque lethali in optimo aetatis flore ex viuis exceſſit.

OPERA.

1.) Diſſert. inaug. med. Praeſ. Alberti. *De Phrenitide Pannoniae idiopathica.* Halae Magdeb. an. 1739. in 4. (*)

2.) *Ca-*

(*) Vtrum Morbus hic nationi noſtrae familiaris recentioris ſit aetatis, vel iam ipſiquoque cognitus Hippocrati Epidem. Lib. III. ſect. 3. hic illud disquirere non licet: verum id multo certius eſt duos hos endemios patriae morbos, *Csömör* et *Hagymáſz* vernaculo ſermone adpellatos, a plerisque ſcriptoribus medicis, peregrinis in primis, perperam confundi, qui tamen diuerſis prorſus ſtipati ſunt ſymptomatibus; nos interîm praecipuorum auctorum nomina exhibebimus, qui de morbis his Pannoniae idiopathicis commentati ſunt: *Balthas. Conradinus* de Febre miſcellanea Vngarica, theriodes dicta. Graecii an. 1571. 8. plag. 21. ex Germano conuerſa in Latinum per *Iac. Suter.* Paſſav. an. 1598. 8. *Samuel Spielenberger* de Morbo Hungarico. Baſil. an. 1597. in 4. *Mart. Ruland* de Luis Hungaricae tecmarſi et curatione Francf. an. 1600. 8. Stetin. an. 1651. 4. *Ed-*

Edmund. Holling de fomite Luis Hungaricae. Ingolſtad. an. 1592. 8. *Io. Oberndorfer* de febre Hungar. an. 1607. in 4. Idem Deſcriptio morbi Hungarici, ibid. an. 1610. 4. *Matth. Vutzer* de curanda peſte Hungarica. Halae an. 1615. 4. *Henric. Petraeus* de genuina febris Hungar. natura et cura. Marburg. an. 1618. 4. *Greg. Horſtius* enodationes luis Hungaricae. Gieſſae an. 1622. 4. *I. Iac. Federer* Febris Hungaricae curandae et ab aliis febribus diſcernendae methodus. *Friburg.* an. 1624. 8. *Chriſt. Langen* de morbo Hungarico caſtrenſi. Lipſ. an. 1649. 4. *Georg. Behrens* de Lue Pannonica. Erford. an. 1685. 4. *Io. Adam. Zapff* de morbo caſtrenſi ſ. Hungarico. Ien. an. 1666. 4. *Io. Andr. Graba* de morbo Hungarico. Gieſſae an. 1665. 8. *Io. Hiskias Cardilucius* de morbo ſ. petechiali Hungarico. Norimb. an. 1677. 4. *Io. Georg. Sartorius.* Hungarorum Magiar betegség, hoç eſt, de morbo militari, Hungarico dicto. Bamberg. an. 1684. fol. *Iuſt. Veſti* de febre Hungarica. Erfurt. an. 1687. 4. *Steph Parſchitzius* de morbo Hungar. Francof. ad Viadr. an. 1693. 4. *I. Phil. Eiſel* de Febre caſtrenſi ſeu Polonica et Hungarica. Erford. an. 1716. 4. *Ioan. Milleter* de morbo Csömör, Hungaris endemio. Lugd. Batavorum an. 1717. 4. *Io. Theophil. Windiſch* de Languore Pannonico. Erford. an. 1714. 4. *Sam. Köleséri* de Keres-eer, de Scorbuto mediterraneo. Cibin. an. 1707. 12. *Chriſt. Felsman* de dyſenteria caſtrenſi ſ. Hungarica. Erf. an. 1732. 4. *I. Ioan. Torkos* de febre petechiali Hungar. Halae Magd. an. 1724. 4. *Io. Georg. Schüller* de morborum Hungarorum endemio Hagymáſz, eiusque cura per ſpecificum. ibid. an. 1726. 4. *Ioſ. Cſapo* de Febre Hungarica. Baſil. an. 1759. 4. *Steph. Benkóczi* de Febre Hungarica ſ. Caſtrenſi. Erlang. an. 1759. in 4. *Tob. Cober*, *Ioan. Kramer*, *Oberkamp*, *Oroſzi*, *Facetius*, alii innumeri. Quia nemo ex indicato auctorum horum numero patrii morbi Csömör naturam ita genuine, umquam explicuît, quam notiſſimus ille Tranſiluaniae Medicus, *Franciſcuſ Páriz Pápai*, *Senior*, in epiſtola quadam ad Sam. Kotzi, Phyſicum Cibinienſem, ad d. 2. Auguſt. an. 1711. Enyedino exarata, non ingratum itaque futurum Lectoribus confido, ſi illam ex Auctoris MScpto depromtam, quia brevis eſt, hic integram praelegero: *Accepi tuas rarae humanitatis* ———. *Quod ad morbum de quo quaedam quaeris, et iudicium meum honorifice poſtulas* ——— *illud brevibus hac vice ſic accipe: Hungarorum illa perpetua et quotidiana querela de morbo Csömör in Germania nomine Carfünckel venit,*

 et

et non minus frequens eſt in ore plebeculae, quam apud Hungaros ille, nec iudico quicquam aliud eſſe, quam febrem ——— modo his modo illis ſymptomatibus comitatam, quales in primis ſunt laſſitudo artuum, diſpoſitio ad vomitum, et nonnumquam ipſe vomitus, dolor capitis vel in toto, vel in parte, temporibus, ſyncipite, nucha, et ſaepe numero ſudatione aut vero dejectione aliqua biliosa et pituitoſa ſoluitur, in iuncturis et partibus tendinoſis ſentiuntur ad tactum conglobati nodi glanduloſi, ſequitur faſtidium cibi, immo auerſatio eiusdem, ſitis vero non ſemper. Obnoxii huic morbo in primis repleti et plethorici, et qui hepatis, lienis, meſenteriique obſtructione laborant, ob fuligines quas obſtructiones dictæ in ventriculum regurgitare faciunt, et acidum eſurinum ibi obtundunt. His adnumeramus hypochondriacos; obnoxii eidem morbo, ex morbis, fame, itinere nimium languidi, quales languores maxime poſt cruciatus arthriticos obſeruamus, quibus omnino perit appetitus, et ad quaeuis pinguia aſſumta nauſeant. Obnoxii eidem et ſedentarii et otio aſſueti magis, quam qui ſe motu exercent, hic ſaepe ſolo corporis exercitio, ambulatione, equitatione, et vngitatione, laboreque manuum curantur. Saepe bolus vnus cum auerſatione aſſumtus, nec probe maſticatus. et aut ſubito aut vi deglutitus id efficit, vt vires concidant, et artus mox laſſentur, nec hoc modo aſſumta ſubiguntur a ventriculo ſed cruda et non digeſta ſaepe poſt bidui aut tridui moram in ventriculo, vomitu rejiciuntur, et rejecta ſeu mox, ſiue ſerius, leuamen praeſentaneum afferunt. Tubercula vero illa glanduloſa fiunt ex inordinata chylificatione, quando chylus crudior ſanguini remixtus haeret in capillaribus venis, quod praecipue in juncturis et partibus minus carnoſis aduertitur, hinc ſi durior frictio earum partium fiat, tubercula ſoluuntur, quod mulierculis, hic illico frictionem adhibentibus, non eſt ignotum. Hinc in talibus ſanguis venae ſectione detractus obſeruatur crudior, immo aliquando cibi paullo ante aſſumti condimentum redolens. Cum vero morbus hic quouis anni tempore accidere poſſit, vere tamen et omnium maxime autumno arbitror ob humidiorem et minus ſincerum aërem. Nec dubito cujusuis conditionis homines huic morbo eſſe expoſitos, ſi ſupra dicta diſpoſitio adſit, Nobiliores hunc morbum vincunt cibis aromaticis, et vinis generoſis, item naſturtio et muſtarda; ruſtici apud nos alliatis, acetariis, ac improbo labore, et, vt verbo abſoluam, vtrique ſudore et inſenſibili humorum crudorum per cutaneos poros tranſpiratione hinc leuantur.

Haec

2.) *Casus rarus vteri, eique adnexarum partium hypochondriaco - hysterico - rheumaticis stipatarum symptomatibus sistens adfectum, in femina 49. annorum obseruatus.* Plures hujusmodi obseruationes medicas reliquisse in MSćto, relatum accepimus. (*)

ARTICVLVS XXXVIII.

PERECTOLDVS. In Litteris ciuitatis Strigoniensis Latinorum, anno 1332. exaratis, de Perectoldi, Medici huius regii, moribus & muniis talia memoriae posteritatis commendata legun-

---

Haec modo inter occupationes ex me boni consules, nam si hic latius exspatiabimur; Liber ex epistola surget. Enyedino 2. Aug. an. 1711. F. P. P.

(*) Casus vero, oppido rarissimus est, qui in Praxi Clinica in Vrbe hac nostra Anno 1766. nobis se se obtulit, ex lege Artis curandus: *Obseruata* scilicet est in Virgine, annos 19 nata, totalis vaginæ uterinæ procidentia, cum plenaria eiusdem inversione, facta cum descensu vteri, absque tamen illius inversione; cuius historicam enarrationem pluribus verbis dedimus insertam Nouis Academ. S. Rom. Imp. Nat. Cur. Actis Tom. IV. Obs. 9. pag. 41. seqq. compendio vero in Commentariis de Reb. in Scient. Nat. et Med. gest. Vol. XX. Part. I. pag. 107. Sanitati pristinae opera nostra restitutam fuisse virginem loco cit. significauimus, eamdem vero ab initio cum *Ladislao Belényesio*, musico, Cive huiate, matrimonio, ter grauidam exstitisse partu primo molam, altero infantem sexus feminei perfecte maturum peperisse: anno vero superiore catharo Suffocativo vexatam medio gestationis tempore abortivisse, atque in hunc usque diem integra, absque praegressae procidentiae vterinae incommodis, perfrui valetudine. Amicis, talia ex nobis cognoscere cupientibus hac nunc serie annunciandum esse duximus.

guntur: *Ad Vniuerſorum notitiam volumus perueniре, quod vir prouidus, et honeſtus, Magiſter Perectoldus Cirolicus, ſeu Medicus excellentiſſimi Domini noſtri regis Karoli, Dei gratia illuſtris regis Hungariae etc.* (*) Cirolicus hic regius, ita ſermone vulgi recepto, aeuo medio, adpellitabantur Chirurgi, tractat cum incolis laudatae ciuitatis de coëmenda Domo quapiam, in qua Viſſegrado Strigonium ſubinde procurrens habitare poſſet quam commodiſſime. Italicae originis Virum fuiſſe illo ſolo conſtare poterit indicio,

(*) Caroli Roberti Regis huius aetate intra Hungariae Limites nonnullis in locis medicinam factitaſſe perhibetur Gvilielmus quoque Varignana, Meladini Croatiae et Boſniae Bani perſonae Medicus, quem Mercklinus in Lindenio Renov. pag. 385. ſublimem et excellentem Medicum adpellando circa an. 1300. Ianuae vixiſſe refert ex Iuſti Chronol. Medicorum. Exſtat inter Farſetti, Nobilis Veneti, Codices Manuſcriptos, recenſitos a Ioh. Frid. Le Bret in ſuo Magazin zum Gebrauch der Staaten-und Kirchengeſchichte. Part. IV. 1774. in 8. pag. 170. ſeqq. ſub num. XXXIV. pag. 188. *Gvilielmi de Varignana Practica Medicina ad Meladinum Croachorum et Boſnae Banum. Codex chartaceus in fol. ſeculi XIV.* Ad cuius Libri mentionem hoc adſcripſit Le Bret pag. 189. *Wilhelm. Bartholomaei von Varignana Sohn, war in December an. 1304. unter den Antianen und Conſuln von Bologna S. Alidoſi in Dottori di Filoſofia* Bologneſi *p. 79. Das hier von ihm angeführte Werck erſchien im Iahr 1520. in Venedig bey Alexander Bindoni im Drucke. P. Orlandi in ſeiner Notizie degli Scrittori Bologneſi pag. 184. Iedoch erſiehet man aus dieſem Codex am Ende, das er dieſes Werck in Zara* (locus in Dalmatia Iadra Latine vocatus) *im Iahr 1319. aufsetzte, wo er in Dienſten des Bans von Croatien und Boſnien Meladins Leibarzt war.* Reliquas operum Varignanae editiones enumerat Mercklinus in Linden. Renov. l. c.

cio, quod domum non alibi, quam in ciuitate Latinorum ſive Italorum emtam eſſe voluerit, Litteras, ex quibus haec excerpta depromſimus, Cel. hiſtoriographi regii, Georgii Pray, ſcrinia nobis liberaliter ſuppeditarunt, quae duplici ſigillo pendente munitae integre conſeruatae ſunt, cuius perigraphe antica ſic habet: *Sigillum Latinorum Civitatis Strigonienſis*: poſtica vero hanc gerit inſcriptionem: *Secretum Latinorum ciuitatis Strigonienſis.* Facies auerſa Sigilli exhibet Baſilicam cum quatuor turribus: aduerſa quatuor fluuios eumdem prorſus in modum, quo in Sigillis regiis viſuntur.

ARTICVLVS XXXIX.

PÉTSI (*Andreas*) Claudiopoli quo ſit patre genitus Philoſophiae hic et Medicinae Doctor, quibus ſcientiis domi foriſque innutritus, quibus honoribus apud Patauinos fuerit cum laude mactatus, Diploma Vniuerſitatis Medicum, ſingularibus prorſus elogiis refertiſſimum, quod prae manibus eſt, hic iam connotandum, optume nos edocere poterit: "Praeclarus ac eruditus Vir, D. Andreas Pétſi, Tranſiluano Vngarus, quondam Georgii filius, adductus eſt ad nos cum vberrimis teſtimoniis ingenuitatis et probitatis ſuae, nec non diuturni ſtudiorum curriculi in artibus liberalibus et diſciplinis philoſophicis et medicinalibus, et cum certiſſimis documentis laborum, vigiliarum et exercitationum per idoneum annorum continuatorum numerum, quem a promotoribus

„ſuis

„ ſuis de meliori nota Nobis commendatum et
„ oblatum ad ſubeundum ſuum vltimum examen
„ doctrinae, quod rigoroſum vocant. Punctis
„ in Philoſophia et Medicina heſterna die ſorte
„ eductis, et pro more huius Academiae eidem
„ adſignatis, hodie diligenter et acriter exami-
„ nari coram nobis et excuti curauimus. Ipſe
„ autem locis perſequendis, argumentis tractan-
„ dis, quaeſtionibus et oppoſitionibus clare
„ ſoluendis, caſibus explicandis, et curationibus
„ proponendis, in omni denique ſua periclita-
„ tione ſatis docte, laudabiliter, excellenter,
„ egregie, et doctoreo more ſe geſſit, talem-
„ que vigorem ingenii, ac tantam oſtendit vim
„ memoriae, doctrinae, facundiae, et cetera-
„ rum rerum, quae in conſummatiſſimo Philo-
„ ſopho et Medico ſolent, vt magnam ſui ex-
„ ſpectationem, quam apud omnes iam pridem
„ concitaverat, non ſolum ſuſtinuerit, ſed
„ etiam longiſſime ſuperauerit. Quamobrem
„ ab Excellentiſſimo Inclyti Ordinis praefati
„ Doctoribus et Profeſſoribus omnibus ibidem
„ continuo exiſtentibus vnanimiter et concordi-
„ ter cunctisque ſuffragiis, ac eorum nemine
„ penitus diſcrepante, aut diſſentiente, nec
„ haeſitante quidem idoneus, aptiſſimus ac ſuf-
„ ficientiſſimus Philoſophus ac Medicus fuerit
„ iudicatus, et merito quidem adprobatus, ſi-
„ cut ex eorum omnium ſuffragiis et ſingulorum
„ ſententiis in ſcrutinio ſecreto nobis porrectis
„ euidenter et perſpicue conſtitit. Nos itaque
„ antiquam ſequentes conſuetudinem Patauinae
„ Academiae etc. etc. Actum et datum Paduae

„ in

„ in loco ſolito Examinum Academiae Pataui-
„ nae, currente anno Domini 1659. Indict.
„ XII. die vero Sabbathi XIII. menſis Decem-
„ bris. „ Poſt impetratos lege hac ſummos in
Medicina honores, quinquennii ſpatio in lauda-
ta hac Venetæ ditionis Vrbe antiquiſſima praxim
exercuiſſe clinicam, teſtimoniales docent Lit-
terae apud nos ſuperſtites, variis laudum enco-
miis onuſtae, Claudiopolim adportatae; in qua
patriae civitate habitationis futurae et exercen-
dae praxeos medicae ſedem a reditu fixerat.
Vir hic exquiſitiſſima doctrina praeſtantiſſimus.
dum non plebeiorum ſolum ſed honoratorum
quoque et luculentorum hominum fauorem op-
tato feliciqne artis ſuae euentu in Tranſiluania
parauiſſet, vitae curriculum ſatis laudabiliter
peractum anno 1688. confecit. Vxorem plu-
ribus annis viduam, Eliſabetham Steno adpella-
tam, a patrio ſolo ob id, quod Socinianorum
opinionibus conſtanter adhaeſiſſet, a quarto de-
cimo aetatis anno exſulantem, et ad d. 8. Mart.
an. 1712. mortuam Samuel Kereſzturi, Scholae
Vnitariorum Claudiopolitanae Lector, lugubri
Oratione, typis quoque poſtea exſcripta, in fu-
nere egregie laudauit. (*)

ARTI-

(*) Homonymus quidam Noſtro huic alter *Pecſius*, is-
que Tyrnauienſis, vir Botanica ſcientia inclutus,
qui *Lucae* nomen in ſacro baptiſmatis fonte acce-
pit, nuper admodum nobis innotuit, ad *Petri Me-
lii*, et *St. Bejthe*, celebrium patriae antiquioris
aeui Botanicorum aetatem referendus; is ſermone
vernaculo Librum, typorum beneficio anno 1591.
edi-

editum, publicavit cum titulo: *Pechy Lukach Kereſztyen ſzüzeknec tiſzteſſeges koſzoroia, avagy Lelki füves kert, Lelki viragos Kert.* Dum ſcilicet auctor hic docuit Virgines ſolere ex viginti potiſſimum ſelectis floribus ſertum contexere, ita totidem virtutibus Chriſtiano homine conuenientibus ſe quoque ipſas debere exornare: tum plantarum illarum naturam et indolem, nec non virtutem medicam egregie et quidem totidem adiectis *Iconibus*, Ligno periti artificis manu inciſis, ſcite admodum explicuit. Ita rarus eſt Libellus iſte, vt nullum Hiſtoriae litterariæ Hungaricae ſcriptorem in hunc usque diem mentionem illius umquam feciſſe nouerim; hoc quoque quod teneo, exemplum lacerum eſt, et non niſi vltima dimidiati prooemii verba e naufragio mihi conſeruata ſunt: *Költ Nagy Szombatba, magam hazam mellet ualo uiragos füues Kertben, Szent Mihaly Archangyal* Napián. 1591. *Pechi Lukach.* Continet Liber, in forma octaui ordinis exſcriptus, alph. I. plag. 2. deſinit in fol. 188. cetera deſiderantur. E re eſſe duximus, vt antiquior ſcribendi loquendique, quae fuerit in patria, ratio adpareat, ſpeciminis loco de plantis his Iconibus ſcite repraeſentatis non nihil referre:

Az ſaarga fü ki-kelettel nyilic, kit primulam veris, auagy verbaſcum odoratumnac hiunac, mindgyart az kikeletnec es tauaſznac elein talaltatic, es öſzel ſzünic meg: ez uirag öromeſt ſzaraz mezökön neuekedic: ez virag gutta ütteſtul oltalmaz, embernec ſziuet eröſiti, es ha vizet veſzic, minden fekelt es fakadekot gyogit es ſzarazt.

Az Szekſu tellyes, veres, feier, auagy chepegetet ſzineuel fölötte ekeſiti a koſzorut es kanuat: az ſzekfü nemely tellyes nemely közepſzerö, nemely chac paraſzt: valamennyire keſerü, mindazonaltal, gyönyörüſeges illatot ad magatul: fül faidalmot, ſziu fogaſt, gutta üteſt, keleuent, kigyo ſerteſt, harapaſt, es egyebfele betegſegec ellen ſzolgal.

Az ſaarga, feier es ſzederies iuolac ü magokban ſzepec es illatozasokcal gyönyörüſegeſſec, azt koſzorut is ekeſitic es kaſzdagettyac: az vize embernec ſzemet tiſztitya, minden ſekelyeknec genesiet ſzaraztya, es az aſzonallatoknac termeſzet ſzerint valo follyas betegſeget inditya es hamar kikergeti: az ember ſzaianac inbeli faidalmat gyogyitia, midön ezeket az viragokat megaſzallyac, türic, es vgy iſzac, auagy vele moſſac.

Az

Az keec iuola kikeletben szokot nyilni; az büit mas hoban viragozo kęc iuola, az ü gyönyörüseges, vastag es erös illatozasaual, kulömböz az ęb nevü vad iuolatul, nem ok-nekül neuezek is az ręgiec iuolanac propter violentiam odoris: az iuolac öromest nönec arnyekba, köfal, auag' sövenyec mellet, az iuolaknac kisded viragoc es röuid szaroc vagyon; embernec feiet hiuesitic, es könyebitic, az alomban nyugodalmat hoznac, es az eltetö lelegzetet erössetic.

A Rukercz törpe virag, alachon es chac az földhöz közel vagyon, könyen is eltürheti, hogy egyeb füuec ü mellette magassabban felnöhessenec, az koszorut igen ekessiti, es vg'an chac azert is tartyac ekessegert, midön vendegseg vagyon, egesz esztendö altal mind talalyac, de föképpen kikelettel: ez igaz sebgyogyito virag, ha vizben megfözic, es vgy megiszac, mind belsö es kilsö sebet gyogyit. Cetera, quae Botanicen spectant, iam mitto, prolixior esse desino, sed Librum interim bonae frugis, educandis filiabus, Fenelonis loco inter Pannones, accommodatissimum, aegre e manibus depono. Dolendum est maximopere populares nostros, qui Botanicen lingua vernacula inter nos aetate nostra edere tentarunt, priscos hos rei herbariae in patria scriptores consulere aut noluisse, aut vero non potuisse. Laudabile fuit Procomitis Comitatus Szaboltsiensis, Ladislai Ibranyii, institutum, qui ante XXX. et quod excurrit annos, P. Andr. Matthioli Commentarios in Libr. VI. Pedacii Dioscoridis Anazarbei de Materia Medica ex editione Casp. Bauhini in Hungaricum transfuderit sermonem ea quidem cum accuratione, prout ex fragmentis, quae nobis legere licuit, certo adparuerir indicio, Virum hunc litteratissimum non minus Dioscoridis, quam eius Commentatoris Matthioli mentem egregie fuisse adsecutum. Vastum opus hoc MSctum apud haeredes non procul in nostra hac uicinia delitescit. Samuel vero K** exercitatissimus apud nos Pharmacopoeus, C. Plinii Secundi Historiae naturalis eam partem, quae de animalibus, arboribus, herbis, agrorum hortorumve cultura inscribitur, Hungarica donauit ciuitate, et integrum nobis obtulisset Plinium, Hungarico idiomate nos erudientem, nisi ex Viris patriae quibusdam eruditis intellexisset priscum illum Historiae naturalis conditorem pridem exstrare in lingua vernacula impressum. Non enim absque graui quadam animi id hic commemoramus aegritudine, ita infeliciter no-

biscum seculis superioribus actum esse, vt dum patria continuis hostium bellis, intestinis potissimum arderet dissidiis, nonnullorum librorum, in lucem publicam emissorum, in tantum interciderunt exemplaria, vt nulla amplius in vniuerso regno nostro conspiciantur residua.

ARTICULUS XL.

DE PLACENTIA (*Iacobus.*) Fuisse hunc primum Caroli Roberti Hungariae Regis archiatrum, et tandem ab anno 1333. quo Benedicto successor datus est, Episcopum Csanadiensem, et mox anno 1343. dum Ludouicus clauum imperii Hungarici teneret; cuius Medicum quoque egerat, (*) ex sede hac ad Episcopen Zagrabiensem translaturum Ioannes Archidiaconus de Gvercse et Canonicus Zagrabiensis testis est, qui Acta, Statuta et priuilegia Ven. Capituli Ladislao Episcopo hortatore colligere et in Libros an. 1334. redigere incepit; in hoc Ecclesiae Protocollo in membrana litteris monasticis, vulgo Gothicis conscripto, et in interiori Sacristia catena ferrea inclauato, de Nostro hoc Physico Regio talia leguntur: *Anno 1343. in Sede*

(*) Praeter Iacobum hunc, Chanadiensem Pontificem, alterumquoque reperimus quemdam Medicum, qui Ludovico I. Regi fuit a sanitatis consiliis, eum Litterae an. 1358. beneficia S. Andreae collata confirmantes, *Magistrum Francifcum Physicum Domini Ludovici Regis excellentissimi* nominant. Quae reliqua vitae morumque Francisci fuerit ratio, exsculpi haud potuit ex instrumento hocce litterario, quod Celeber. Historiae Patriae antistes, Rev. Georg. Prayius, qua est in nos studiaque nostra propensione beniuola, novissime nobis suppeditauit.

de Zagrabienſi Ladislao translato ad Colocenſem, ſufficitur Iacobus de Placentia, qui fuit primo Medicus-Phyſicus Caroli Regis, et poſtea Epiſcopus Chanadienſis, et abhinc translatus ad Epiſcopatum Zagrabienſem. Quam indefeſſa cura & ſollicitudine Bona et facultates viis et modis quantum potuit, omnibus augere, et parta conſeruare ſtuduerit, exhibet id pluribus verbis Cel. Kercſelichius in Hiſtor. Eccleſ. Cathedr. Zagrabienſis Part. I. Tom. I. pagg. 127. 128. in Vita Iacobi II. Sacri ſui coetus commoda promoturus, dum an. 1349. Budam regni metropolin ad Ludovicum Hungariae proficiſcitur, et Eidem de Regni Neapolitani victoriis gratulatur, in feſto, S. Gallo Sacro, graui morbo enectus, ex hac colluuione ad Coelites commigrauit. (*)

M 2 AR-

(*) In ſolo duntaxat hoc ſterili et arctiſſimis limitibus circumſcripto Biographiae fundo noſtro plures omnino iam ſunt inuenti numero, qui e nobilioribus ſanctioris reipublicae ciuibus paſcua Medicorum ingreſſi, ſacris Machaoniis litantes, animarum ſimul et corporis cuſtodes exſtitiſſe certiſſimis conſtat documentis: *Adrianus*, archidiaconus in Transſilvania Dobocenſis, Ioannis I. Regis Hungariae archiater; *Ladislaus Demendy*, Ludovici I. et Sigiſmundi Regum Phyſicus, Praepoſitus Colocenſis, et dein Epiſcopus Nitrienſis, *Nicol. Ellebodius*, Ven. Capituli Poſonienſis Canonicus; *Nicol. de Dacia*, Ord. Praed. circa an. 1464. theologus; *Benedictus ab Italia*, Caroli Roberti Regis chirurgus, Epiſcopus Nirrienſis; *Petrus IX.* ex ſede Spalatenſi a Bela III. Rege ad Archi-Epiſcopatum Colochenſem translocatus; *Ioannes Stock*, primum Vetero-Budenſis, mox Ven. Capit. Scepuſienſis Praepoſitus, Sigismundi et Alberti Regum, nec non Eliſabethae Reginae archiater; *Mich. Váradi*, ex

ex ord. S. Paulli I. Eremitae concionator Magno-Váradienſis ; *Ioannes a Tranſilvania*, Corvino imperante; Lapidis Refugii in Scepuſio coenobiarcha Carthuſianus, alchimiſta inſignis ; *Marquardus*, medio ſeculo XV. Canonicus Zagrabienſis ; *Martinus*, temporibus Matthiae I. Regis, Eccleſ. B. M. V. Budenſis plebanus, theologiae profeſſor, apoſtolicae ſedis protonotarius ; *Iacobus a Placentia*, Epiſcopus Cſanadienſis, Caroli Roberti et Ludovici I. Regum archiater; *Georgius Wirth*, Ludovici II. archiater, Budiſſinae Luſatiorum decanus, plures alias enumerandi. Dum ſcilicet Ven. Clerus honorificum Magiſterii in Artibus axioma ſibi olim adtribueret, et in cathedralibus, vt vocantur, Eccleſiis vbivis Canonicorum dignitates Magiſtris his diſtribueret, vt id ex Eruditiſſimo Rev. Ad. Balthaſ. *Kerchelichii Libello de Officio archidiaconi*, an. 1772. edito, vbertim licet addiſcere, et ſimul longo rerum vſu edoctus experiretur plus emolumenti ex Iuris et Medicinae, quam forte ſacrarum litterarum ſtudio ſe percipere poſſe, ampliſſimis Doctorum Iuris et Medicinae titulis et priuilegiis coepit ſemet locupletare; in luculentiſſimum rei huius teſtimonium cui ita licet eſſe felici, excutiat in primis Matriculam ſeu Album Collegiorum Bononienſium, et innumeros inueniet Canonicos vtilibus his ſtudiis vnice fuiſſe mancipatos: eumdem inter ipſos quoque Vindobonenſes noſtros Canonicos ritum obtinuiſſe, Catalogum ſaltim Rectorum Vniuerſitatis, Hiſtoriae eiusdem conſpectui Vien. an. 1725. in 8. edito adtextum, inſpicienti aperte conſtabit. Sed quam antiqua ſit Cleri haec Medicinam exercendi conſuetudo, non facile, vt opinor, quisquam definiuerit. Iam ipſe *Gregorius Magnus Libro IV. Dialogor.* cap. 55. Tom. I. pag. 1409. edit. Pariſ. an. 1586. refert *in monaſterio ſuo exſtitiſſe Monachum quendam, Iuſtum nomine, qui ſibi ſedulo in adſiduis aegritudinibus excubare conſueuerit, quod eſſet medicinali arte apprime imbutus*: vt haec Mabillonius quoque in Analectis Veter. *Primae editionis* Tom. IV. pag. 501. vberius explicat. Immo in Calcedonenſi Concilio an. 451. celebrato, Act. X. Sabam diaconum, ſe Medicum appellare lego in Actis Conciliorum Hardvini, cuius editione vtor, Tom. II. pag. 534. Labente in dies tempore, quam late malum hoc ſerperet; docet egregie praeter alios *Dan. Vinck in Amoenitat. philologico-medicis*, Vltraj. an. 1730. in 8. et *Proſp. Mandoſius*

in

in Theatro Archiatrorum PP. Maxim. Romae anno 1696. 4. edit. inde factum eſt, vt dum *Monachi et Canonici Regulares Medicinam lucri gratia diſcerent*, vt verbis Concili Remenſis, anno 1131. ſub Innocent. II. Papa celebrati, Canon. VI. vti liceat, *et avaritiae flammis accenſi, pro deteſtanda pecunia ſanitatem pollicentes, ſpreta beatorum Magiſtrorum Benedicti et Auguſtini regula, paſſim vagarentur*, celebres mox Medicorum ſcholae Salernitana, Neapolitana, Monſpelienſis, Bononienſis, aliae, ingens paſſae ſunt detrimentum. Tentatum eſt ſaepius per ſecula, Pontificum et Conſiliorum Decretis ab artis huius medicae exercitio Clerum depellere, vt in laudato ſtatim Concilio oecumenico factum eſt, et quidem gravi ſub poenae interminatione, *vt Epiſbopi, Abbates, Priores, huiusmodi ordinis monaſtici et Canonicorum enormitati conſentientes, propriisquoque privarentur honoribus.* Idem in Concilio Lateranenſi II. ſub eodem Pontifice Innocent. II. an. 1139. celebr. canon. IX. iisdem, nihil immutatis, verbis repetitum. Item in Concilio Turonenſi ſub Alexandro III. an. 1163. can. 8. In Monſpelienſi an. 1195. In Lateranenſi III. ſub Alexandro III. an. 1179. in Lateranenſi IV. ſub Innocent. III. an. 1213. cap. 8. In ſynodo Baiocenſi, an. 1300. cap. 35. Repetitis his Patrum interdictis incaſſum tentatis, auctor Vniuerſitatis Pariſienſis Tom. II. 322. in eam nouiſſime erumpere coactus eſt ſententiam, quam meis proferre verbis puſillanimitas mea minime profecto patitur, illius igitur ſermone recitabo vernaculo: *cette coutume etoit comme un des ſtratageme du diable pour affoiblir la* Religion *en tirant les Religieux hors de léurs Convents, ſous pretexte de faire du bien a leurs freres malades et languiſſans*, etc. Conſuli de hac re poteſt *Conringius quoque de Antiquit. Academ.* Diſſ. 3. pag. 101. ſeqq. nec non *Programmata Cl. Franc. Schvenmetze*, Prof. P. O. Heidelberg. et cum primis Program. an. 1771. in quo Vir eruditiſſimus ex domeſticis academiae inſtrumentis docuit, quam acres ab an. 1479. et deinceps enatae ſint contentiones, dum primum munus profitendi publice ſcientias medicas in ea Vniuerſitate Laicis demandaretur, ante quos Clerici munere hoc perfuncti fuerint. Licet S. R. E. Cardinalis Etouteville celebris, academiae Pariſienſis olim Reſtaurator lege aetate ſua caverit ſeuere, ne vlli medicinam facerent amplius, qui

 vitam

vitam ducerent coelibem, tamen non prius Clerus in ea, aliisque regionibus, artis medicae exercitium prorſus interrumpere potuit, quam adulto Seculo XVI. dum Sacrorum vt et totius reipublicae litterariae facies felici auſpicio nimium quantum immutata eſt. Sed quam difficulter, hoc quoque tempore Clerus manum de tabula hac ſuſtulerit, ex ſacris ſequioris temporis conſtitutionibus oppido liquet: In Concilio Cameracenſi, an. 1586. conuocato, Tit. XVI. cap. 3. *Meminerint Clerici, omnes ſui nominis, quo continue admonentur, ſe a mundi curis ſequeſtratos, et in ſortem Domini vocatos —— nec chirurgiam nec medicam artem ex profeſſo ad quaeſtum exerceant.* Leguntur haec in Act. Concilior. Hardvin. Tom. IX. pag. 2170. In Concilio Mediolanenſi I. an. 1565. *Qui Deo militat, implicare ſe negotiis ſecularibus prohibetur, idcirco adjicimus, Clericus ne artem medicam faciat.* Tom. X. pag. 667. Addantur Concil. Turonenſ. an. 1583. Tit. IV. Tom. X. pag. 1897. et Concil. Camerac. an. 1586. Tit. I. cap. 7. Tom. IX. pag. 2155. Piget his diutius immorari. Verſa hac lege pagina, tandem Monaſteria, augendarum fortunarum cauſſa, tabernas paſſim inſtruxerunt pharmaceuticas tot tantisque ſaluberrimis Conciliorum monitis jam jam paritura, ſed ea profecto vtilitate in ſocios redundatura, vt diſcutiendum problema merito tale inde enatum fuerit: *An Clero exercitium artis Medicae, vel Monaſteriis Pharmacopoeae vberiores opes adtulerint?* Sed vt Ars Medica, ita etiam Pharmaceutica, AVGVSTAE NOSTRAE prouidentia debito ſuo honori et nitori iam eſt inter nos vindicata ſapientiſſime.

ARTICULUS. XLI.

SAILER (*Carol. Wilhelm.*) Georgium Wilhelmum Sailerum, patricium Sempronienſem, virum Senatorii ordinis, patrem nactus eſt, ab hoc in Academiam Fridericianam an. 1724. miſſus eſt, quum prius in patrio gymnaſio humanioribus ac philoſophicis ſtudiis probe fuiſſet imbutus. Frid. Hoffmanni potiſſimum et Alber-

tii

tii inſtitutionibus vſus adeo in arte Apollinea increuit, vt an. 1728. ſtudiis academicis optatum finem imponere potuerit, menſe enim Iunio Philoſophiae et Medicinae Doctor renunciatus eſt. Redux in patriam ciuitatem, frequentem praxim tamdiu ibi exercuit, donec an. 1737. a Comitatu Comaromienſi ad munus Phyſici ordinarii auocaretur, quo tamen ob valetudinem praeprimis infirmam an. 1748. ſe ſe abdicauit, iterumque Sempronium, vbi antea medicinam facere coeperat, reuertit. Mortalium numero anno 1755. die 16. Iul. exemtus eſt. (*)

OPERA.

1.) Diſſert. inaug. med. praeſ. Mich. Alberti. *De Pulmonum ſubſidentium experimenti prudenti applicatione.* Halae Magdeb. an. 1728. 4. plag. 3 ½.

(*) Reliquorum quoque Medicorum nomina, qui aëre fruiti ſunt Sempronienſi, quantum quidem nobis innotuerunt, hoc adnectemus ordine: Andreas Conrad, Io. Wilhelm. Deccard, Io. Thom. Degenhard, Georg. Sigism. Ebhard, Io. Chriſtoph. Elhárd, Io. Bapt. Foegler, Io. Andr. Furlani, Io. Mich. Fürſt, Io. Adam. Genſel, Abrah. Gruber, Hartung, Honor. Wilh. Kaſtenholtz, Tobias Kober, Georg. Sam. Küttel, Franc. Kereſzturi, Io. Petr. Komáromi, Io. Carol. Kövesdi, Georg. Sigism. Liebezeit, Andr. Loew, Car. Frid. Loew, Io. Iacob. Neuhold, Io. Chriſtoph. Peck, Ioſ. Raymund, Sigiſm. Theoph. Rothe, Andr. Schemberger, Ierem. Scholtzius, Mich. Gottfried Stockinger, Andr. Topolits, Io. Gottlieb Frogmayr, Mich. Ugróczi, alii.

2.) *Az Halálos Dögleletnek a' terméſzeti és orvos tudomány ſzerént való Megvisgáláſa, annak tulajdonságira, okaira és orvoslásának módjára nézve ki botsáttatott D. Sailer Vilhelm Károlytól, Nemes Komárom Vármegyének és az ott való Hadi - rendnek Ordinarius Phyſicuſsátol.* Sopronii absque mentione loci et anni in 8. plag. 1 ½.

ARTICULUS XLII.

SCHEMBERGER (*Andreas*) Patria Poſonienſis, ſedulam ſtudiis medicis in Academia Salana nauauit operam, Wedelium in primis praeceptorem veneratus, eo praeſide publice ſaepius diſputauit, vt eius *Libri II. de Medicamentorum Facultatibus cognoſcendis et applicandis* Ienae an. 1696. in 4. editi, teſtes ſunt locupletes. In hac Muſarum ſede conſecutus eſt honores medicos die 3. Iun. an. 1678. A reditu in Hungariam, ſedem fixam, praxim clinicam exercitaturus, Sempronii ſibi delegit, factusque eſt eiusdem ciuitatis Phyſicus ordinarius.

OPERA.

1.) Diſſertat. medic. praeſ. Henr. Faſchio. *De Latice.* Ienae an. 1677. 4. plag. 2.

2.) Diſput. inaug. med. praeſ. Georg. Wolffg. Wedelio. *De Archeo.* Ien. an. 1678. in 4. plag. 4 ½.

3.) *Prodromus Iuris Medici*, das iſt: *Vorbereitung des mediciniſchen Rechts.* Neoſtad. Auſtr. an.

an. 1690. 4. Labor hic populari ſaltim ſermone Germanico ſcriptus eſt, in quo auctor in turbam medicaſtrorum et empiricorum grauiter inuehitur, altera ex parte magiſtratui ſerio inculcat, vt vnice legitime promotis Medicis artem medicam exercendi, et ſalutem ciuium promouendi plenariam ac liberam concedat facultatem.

ARTICVLVS XLIII.

SCHWARTZ (*Ioan. Theophilus*) Ioannes Schwartz, artis chirurgicae Magiſter et Senator Poſonienſis ex ducta in matrimonium uxore, nobili Anna Sophia Goldfuſzia, ciuis et pharmacopolae eiusdem vrbis filia, duos ſuscepit filios, vtrosque non vltimi ſubſellii vertente tempore in patria vrbe Medicos, alterum *Ioannem Michaëlem*, qui an. 1727. d. 15. Iul. edita in 4. plag. 4½. diſſertatione *de Haemorrhoidum praeſervatione*, Halae Magdeburgicae pro ſummis in Arte Medica honoribus conſequendis praeſide Albertio egregie diſputavit; alterum, fratrem huius natu maiorem, *Ioannem Theophilum Schwartz*, qui noſtram in primis adtentionem promeruit, an. 1690. die 16. Mart. in hanc mundi lucem editum. Hic poſteaquam Nouiſolii an. 1702. Ioanne Burio, et Pilarikio praeceptoribus animum ſtudiis humanioribus imbuiſſet, et Poſonium poſt biennii moram ad continuanda coepta altiora ſtudia reuertiſſet, tantum in iis Bitnero et Muſſero ſcholae Rectoribus profecit, vt an. 1709. Hallenſium Vni-

 uerſi-

uerſitatem tuto adire potuerit, vbi Schneideri, Stahlii, Albertii, Heinrici, Ottomanni, aliorum inſtitutionibus ita feliciter vſus, vt honores medicos die 25. Apr. an. 1714, cum adplauſu obtinuerit. Reuerſus ad ſuos Poſonium anno poſtero, felicem vndique nactus eſt praxim clinicam, ſed febre hectica debilitatus, die 21. April. an. 1721. aetat. 31. ſeptim. 8. et dier. 2. mortalium numero mature exemtus eſt. Nobilitatis Hungricae Schwartziorum Inſigne Burgſtallerus aeri inciſum publicauit inter Inſignia Nobil. Familiarum Regni Hung. Decad. II. num. 8.

OPERA.

1.) Diſſert. inaug. med. praeſ. Mich. Alberti, *ſiſtens Theſes Medicas miſcellaneas*, ex Aphoriſmis Hippocratis deductas. Halae Magdeb. an. 1714. in 4.

2.) Obſeruationes Annalibus Phyſico-Medicis Vratislauienſibus inſcriptae:

   1.) *De Lumbrico lato, vlnas quatuordecim et amplius longo, pilulis mercurialibus, luna decreſcente, repetitis vicibus expulſo.* Tentam. VII. pag. 202.

   2.) *De Pluuia, ſanguineis guttis colorata.* Tentam. XII. pag. 659. Guttas huiuscemodi cruentatas in aliisquoque Hungariae locis ſuper herbas, frondes, tegulas ac ſaxa decidiſſe, vt creditum eſt, Dan. Fiſcheri, Medici Liptouienſis, et Matthiae Belii, hiſtoriographi noſtri l. c. con-

conſtat obſeruationibus, ſed in aliis quoque orbis partibus idem nonnumquam eueniſſe, docuit Linckenius in Annalibus medico-phyſicis Vratislav. Tentam. IX. pag. 97. ſeqq. Noſter, modo, rectae rationi conſentaneo, papilionum multitudini nimia aeſtatis ſiccitate diarrhoea correptæ, eorumque excrementis in ea loca depoſitis, omne hoc phaenomenon adſcribit, quod imperitum hominum vulgus ad portenta referri debere falſo opinabatur.

ARTICVLVS XLIV.

STANCARVS *(Franciſcus)* Theologus, Romanae ſedis Sacerdos, Mantua oriundus, Baſileae titulo Doctoris Medicinae inſignitus eſt, ſede ſua ob diſſeminatos errores pulſus Germaniam intrauit, Villaci Carinthiae oppido ſubſtitit, inde eum Epiſcopus Cracouienſis, Maciejovius, initio anni 1550. ad profeſſionem litterarum Hebraicarum in Cracouienſem euocauit Academiam, ſed mox ob ſuſpicionem haereſeos, prout creditum eſt, ab eodem infulato praeſule in carceres detruſus, at opera famuli ſui liberatus, apud diuerſos vtriusque Poloniae magnates aſylum inuenit, eorumque fauore fretus veteribus ſacris in eo regno nouam faciem inducendis plurimum felici ſucceſſu impendit operae, quoad Regiomontanam dilapſus academiam Hebraicas ibidem quoque docere inciperet litteras; heic enim loci Oſiandri importunitas in

in eum praecipitauit contentionis errorem, vt mediatorem Iesum Christum esse iustificatorem nostrum secundum solam humanam naturam, exclusa diuina, perperam crederet, quare ex oris illis Borussicis ob notatum crimen pulsus, et iter per Francofurtum cis Viadrum faciens dum a theologis loci quoque illius, habita disputatione publica, erroris conuincitur, et urbe exterminatus, rediit iterum, vnde exiuerat, in Poloniam; opiniones que suas licet Nouator hic nullis postea synodis, vt Sendomiriensi, Vladislauiensi, Pintzouiensi et alibi celebratis, fratribus Polonis inculcare potuerit, ita eos purioris doctrinae adsertoribus in fide confirmantibus, effecit tamen singulari sua linguarum in primis orientalium peritia, et multijuga, qua pollebat, eruditione, vt fidos tamen non nullos nancisceretur ad mortem vsque sectatores, quae post varias regnorum discursitationes an. 1574. aetat. 53. Stobniczae contigit. Bayle in Dictionar. Histor. critic. in Artic. scripta Stancari, quae tamen in Indice Libror. prohibit. Benedict. XIV. atro notantur carbone, ex Gesneri potissimum Bibliotheca enumerauit, vitam multo accuratius, quam alius quisquam descripsit, sed quia ignorare se palam profitetur, quae in Hungaria et Transiluania patrauerit ille facinora, hunc Viri longe eruditissimi defectum quodammodo suppleturus, placebit in rei elucidationem sequentia hic adpingere: Eum in oris his nostris Hungaricis et Transsiluanicis diuersatum fuisse, multasque contra se hic celebratas esse synodos in *Libro de Trinitate et Mediatore aduersus*

uerſus Tigurinos Dubniczae ſcripto et Cracoviae an. 1562. edito aperte profitetur, (*) eo ſcilicet tempore dum Vir Magnificus Petrus Petrovitzai, arcis Munkatſienſis, mox Temeſvarienſis Comes et Praefectus, tandem Reginae Iſabellae Locumtenens in partibus Hungariae et Tranſilvaniae plurimum auctoritate valeret. Stancarus an. 1553. in aula nobiliſſimi Viri huius coepit primum Medicinam facere, et nouum mox de Mediatore dogma Hungarorum ſenſim inſtillare animis, ſed dum Bartfae ad Colloquium admiſſus a doctiſſimo Viro Leonarto Steckelio et D. Radaſchino loci illius V. D. M. aliisque viris eruditis in diuerſis Hungariae partibus detegitur, in Tranſiluaniam commigrare

(*) Prima aduerſus Stancarum an. 1554. *Ovarini* celebrata eſt *Synodus*, in qna IX. articulos Eiusdem erroribus oppoſitos refert *Schmeizel in Diſſert. Epiſtol. de ſtatu Eccl. Luther. in Tranſilv. pag.* 44. edit. Ienae an. 1722. in 4. hanc poſtea ſtatim ſecuta eſt *Talyienſis*, tandem *Székienſis*, cui Apologiam ſuam maledicis verbis conceptam illico oppoſuit, miniſtrosque in oppido Szék congregatos ter peſſimos Arianos, Sycophantas, Melanchtonis creaturas etc. adpellitat. Scripto huic Stancari virulentia pleno reſpondit publico Miniſtrorum nomine Franciſcus Davidis, Claudiopolitanus antiſtes, in Libello, qui talem gerit in fronte titulum: *Dialyſis ſcripti Stancari contra primum articulum Synodi Székienſis, qui de doctrina controuertitur, conſcripta per Franciſcum Davidis.* Claudiopoli Tranſilvaniae per Georg. Hoffgrevium an. 1555. in 8. plag. 5. Quomodo diſſeminati paſſim errores Stancari in Germaniaquoque condemnati ſint, docetur hic pag. 12. ex Libro paullo ante aliquot menſes anno eodem impreſſo et compoſito per Eraſmum Sarcerium Superattendentem in ducatu Mansfeldenſi *De forma viſitationis verae*; verba

re cogitur, Claudiopoli potiſſimum commoratur, poſt habitas vltro citroque cum hujatibus theologis velitationes, ſcriptis publice editis refutatur, horum praecipuo talis datus eſt titulus: *Confeſſio de Mediatore generis humani Ieſu Chriſto, vero Deo, et Homine, contracta nomine et voluntate Miniſtrorum in vrbe Claudiopoli in Pannonia a Caſpare Helto, eius Loci paſtore ex veterum et recentium theologorum ſcriptis.* Vitteb. an. 1555. 8. In Libro hoc purior primitiuae Eccleſiae Catholicae doctrina proponitur, eaque argumentis ex verbo Dei et Patrum teſtimoniis petitis confirmatur, mox Stancari ſententia ex iisdem fontibus falſa eſſe demonſtratur. Poſt celebratam in eadem vrbe an. 1557. Synodum, vt variarum

---

ba Libri ſic ſe habent: *Viſitandi et excludendi ſunt ex Eccleſia immo et hoſpitio prohibendi omnes haeretici et falſi doctores, vt ſunt Anabaptiſtae, impoſtores Stancariani etc.* In fine Libri Davidici, quem tenemus, manu poſſeſſoris coaeua adſcriptum hoc legitur: *Haec confeſſus eſt aperte Stancarus coram Illuſtriſs. Principe Marchione et Electore et in coetu bonorum et doctorum vult ea defendere:*

1.) *Chriſtus eſt mediator noſter ſecundum humanam naturam tantum.* 2.) *Nos ſumus iuſti non eſſentiali iuſtitia Dei, ſed iuſtitia hominis Chriſti creata.* 3.) *Exſecutio iuſtitiae diuinae eſt tantum ſecundum humanitatem facta.* 4.) *Qui aliter ſtatuunt, ſunt omnibus gentibus inferiores. Nam gentes faciunt ſuos Deos immortales, ipſi vero faciunt ſuum Deum mortalem contra rationem et ſenſum communem.* 5.) *Qui dicunt Chriſtum et mediatorem etc. etc,*

Haec ideo totidem verbis referre debui, quod Stancarum hunc non ſatis clare et perſpicue ſuam in Scriptis edidiſſe ſententiam queratur Philippus Melanchton in Reſponſione ſua de Controuerſiis Stancari an. 1553. in Arce Deſſaenſi ſcripta et impreſſa abſque mentione Loci anno 1554. in 8. plag. 5.

rum feditionum auctor publica auctoritate inde extruditur, fed mox Cibinium vna cum coniuge et liberis data prius bonae fidei dextera recipitur, at indequoque ob turbatam pacem breui eliminandus Claudiopolin reuertitur, et habito vltima Decembris die publico de rebus facris cum eo Colloquio, fedem iterata vice mutare cogitur, primum Biftriciam cum domefticis digreditur, mox Székely-Vásárhelyinum proficifcitur, plenus furore eas ob repetitas has repulfas ex dicta hac ciuitate ad Ifabellam reginam viduam eiusque regni proceres querulas dat litteras, quibus modo fanguinario, longo argumentorum adparatu perfuadere conatur ex officii ratione incumbere Reginae regnique primoribus, vt aduerfarii fui, orthodoxae fcilicet fidei propugnatores, quos tamen ille vtrique reipublicae fanctiori non minus quam ciuili noxios homines clamitabat, admoto ferro igneque quantocius e medio tollantur, et facultates fifco regio addicantur: eadem contumelia, iisdem conuitiis adfecit omnes diffentientes a fe theologos, eodem gladio per magiftratum puniendos adferuit in litteris quoque ad Senatum Cibinienfem vt et Kolofvarienfem iam antea exaratis. Aduerfus belluinas huiusmodi nugatoris maledicentias, quas in vulgatis a fe fcriptis omnibus repetiit, anno fuperius indicato omnium Ecclefiarum Tranfiluanicarum confenfione Apologia confcribitur, et mox in Synodo Tordam conuocata Stancari fententia ab uniuerfo orthodoxo Patrum ordine conuulfa penitus exploditur. Mortuis circa haec tempora Petroviczio et

Ken-

Kendio, ſummis rerum Tranſiluanicarum administratoribus, apud quos ille nonnumquam artem exercebat medicam, nonnumquam vero caſtra quoque ſecutus eſt, Stancarus vmbra citius ex Tranſiluania diſparuit, tutiora loca alibi gentium quaeſiturus. De his videantur ea, quae ex Capitulo Medienſi protracta publicauit P. Ember in Hiſtor. Eccleſ. Hungar. pag. 680. ſeqq. Franciſ. Pariz in Ruder. rediu. pag. 142. ſeqq. M. Miles in Siebenburg. Würg-Engel. et Franc. Benjam. Szilágyi in Syntagmat. Eccl. Hiſtor. chronolog. MSct. Sed in primis Mich. Siglerus a Belio in Adparatu editus Chronologiae Rerum Hungaric. Lib. II. cap. 1.

ARTICVLVS XLV.

TICHTEL (*Ioannes*) Matthiae Coruini Regis Hungariae Medicus fuit praeſtantiſſimus, Beatricis Reginae in primis ſanitati tutandae ſedulo inuigilauit: poſteaquam enim Rex glorioſiſſimus Vindobonam deditione cepiſſet, Regina vero Beatrix moleſtiſſimo quopiam morbo conflictaretur, ex conſilio Tichtelii in Thermas S. Berchtoldi haud procul Vienna diſſitas abire iuſſa eſt, quibus tam felici cum ſucceſſu vſa eſt, vt depulſo morbo priſtinae ſanitati opera archiatri ſui reſtitueretur ex integro; in vſu quippe artis medicae tam felix paſſim ille exſtitit, vt fortunas quoque domeſticas non mediocriter auxerit. Haec ex Diario Tichtelii MScpto, quod hodiedum ſupereſt, depromta referimus, in quo reliquaquoque vitae actae fata

manu

manu ſua adnotata reliquit, ſcribit ſcilicet Tichtelius ſe Greynam Auſtriae ſuperioris oppidum pro natali ſolo agnoſcere, Viennam an. 1463. delatum ſub AA. Magiſtro Kreutzero Medicinae ſtudio operam dediſſe, a cuius parente Pancratio gradum quoque Doctoris Medici ad d. 16. Decembr. an. 1476. ſollemni ritu in ea ſtudiorum Vniuerſitate recepiſſe. Addit Noſter, anno poſtero quo frater Bartholomaeus Tichtel Magiſter AA. et Theologiae Licentiatus faſces Academiae geſſerat, vt Facultatis Decanum, prout jubebatur, Auicennae Canones publice auditoribus praelegiſſe, et mox an. 1482. vnanimi collegarum conſenſione munus Profeſſoris publicum ex manibus, vt loquitur, Friderici Imperatoris ſuſcepiſſe, in quo munere fungendo poſtea quam Vienna expugnata eſt, a Matthia Coruino confirmatum fuiſſe, et lautiori, quam ſub Friderico Imperatore vtebatur, annuo ſtipendio liberaliter donatum. Hac Matthiae Regis noſtri munificentia motus Tichtelius maioribus Hunc Maecenatem ſuum, quam Fridericum Caeſarem cumulandum ſubinde duxit elogiis: coniugem in matrimonio aluiſſe Margaretham Ioannis Steberi, Ciuis Vienenſis filiam, ex qua quinque filios, et vnam filiolam ſuſtuliſſe, ipſe in eodem MSćto ſuo teſtis eſt locupletiſſimus.

ARTICULUS XLVI.

TOLNAI (*Stephanus*) Patre Ioanne Séllyei, ciuitatis Tolnenſis Iudice primario, matre vero

N Hele-

Helena Gergely, ſuperioris ſeculi anno trice-ſimo genitus eſt: primis ſtudiorum elementis in patria ſchola feliciter perceptis, ſolidioris do-ctrinae venam quaeſiturus in gymnaſiis Ecſedini et Magno-Varadini conſtitutis, ſe totum man-ſuetioribus muſis conſecrauit, et tantum profe-cit, vt litterario ludo in oppido Comitatus Bi-harienſis non infrequenti Szalontenſi regundo admoueretur: inde S. Patakinum humaniorum litterarum emporium ſeceſſit, et nouiſſime Se-nioris quoque defunctus eſt officio, tandem Tarczalinum digreſſus Iuuentutem ſcholaſticam biennii ſpatio in docendo exercuit, mox ſtu-diorum, quae nunc colere et publice profiteri volebat, cauſſa iter in exteras regiones ſuſci-piens in Beligium ſe contulit, inde in Angliam transfretaturus. Praeclariſſimis variae ſcientiae acceſſionibus auctus, an. 1662. rediit in pa-triam, et illico ſpartam Miniſterii ſacri in Ec-cleſia Tranſiluanorum Kezdi-Vásárhelyienſi in-trauit, quam dum triennii ſpatio cum laude ex-ornaſſet, Claudiopolim euocatus eſt, vt in flo-rentiſſimo loci illius gymnaſio S. S. Theologiam et Philoſophiae doceret elementa, hoc in Athe-naeo dum ille omnes vires ad augenda iuuentu-tis commoda et provehendam publicam vtilita-tem XX. annis integris fere conferret, reli-quum vitae tempus ab an. 1685. in miniſterio ſacro apud eosdem Claudiopolitanos expleuit, in Dioeceſi vero Koloſienſi et Kalotaſzegienſi Senioris quoque inter Fratres Contubernii fun-ctus eſt officio. Aſt ita felici nexu Medici-nam, quod iam dicendum reſtat, cum animo-

rum

rum medela coniunxit, vt vtrumque munus pari fide, vigilantia et integritate ſemper coluerit ſingulari felicitate coniunctum, eiusque medicum auxilium ab omnis generis hominibus certatim expetitum fuerit. Ex congenito corporis habitu, quod eſſet cacheticus, poſt varias infirmitates incidit in pleuritidem diris ſymptomatibus, ſuperueniente diarrhaea, comitatam, quae eum anno aetatis LX. die 25. Mart. hora 4. matutina an. 1690. mortalitatis vinculis exſoluit. Theologi huius conſummatiſſimi, et Medici feliciſſimi fata haec, in Charta lugubri conſignata, hodiedum adpenſa, leguntur in Templo Helv. Confeſſ. addictorum Claudiopolitano.

OPERA.

1.) *Igaz Kereſztyéni és Apoſtoli Tudomány 's Vallás utára vëzetö, és az eltévelyedettröl jó utban hozó Kalauz.* Tolnai Iſtván moſtan a' K. R. C. edgyik méltatlan Profeſſora által iratott. Kolosváratt 1679. 8. alph. 2. plag. 21.

2.) *A'magános tſelédek közt lévö áhitatoſságnak megaluvó tüzetskének felgerjeſztésére való Predikállóſzékbeli Szikrák, avagy edgynehány tudós egy-házi Tanitóknak Predikátzió elött való Könyörgéſeknek kulomb-külömb féle Formái.* Mellyeket a'könyörgésben buzgó Lelkeknek haſznára Anglus nyelvböl Magyarra fordította és kibotsátott Tolnai Iſtván. Lötsén 1661. 16. plag. 6.

3.) *Demonſtratio compendioſa Dialecticae verae in vſum Philo-Ramaeorum Illuſtris Collegii Claudiaci Reformati. Cui aliquot exempla praxeos Logicae ſunt ſubiecta, et compendioſa fallaciarum delineatio in fine Appendicis loco eidem adiecta, opera Stephani Tolnai P. T. C. R. C. R.* Claudiop. an. 1680. in 12. plag. 4 ½.

ARTICVLVS XLVII.

TOXARIS. Lucianus in Dialogis ſuis, quos Scytham et Toxaridem inſcripſit, Oper. edit. Reitzian. Tom. I. pag. 859. ſeqq. et Tom. II. pag. 507. ſeqq. de Scythae huius Philoſophi et Medici vita et fatis plurimum commentatus eſt: ſcribit eum non de nobili atque pileatorum, ſed Scytharum octipedarum genere fuiſſe prognatum; Graecae diſciplinae cupiditate captum, relicta domi vxore et paruulis, Athenas facto per Pontum itinere, commigrauiſſe, ibi Solonis ſapientia delibutum, illo ſingulari amico et praeceptore duce tantam nominis celebritatem fuiſſe conſecutum, vt Viri ſapientis, pulcrarum rerum amantis, optimorumque quorumuis inſtitutorum ſtudioſi nomen a Graecis acceperit, inter quos ad ſupremos vsque vitae dies commoratus, Athenis mortuus eſt, et eam ſimul famae immortalitatem adeptus eſt, vt pro Heroë habitus in numerum Deorum communi ſuffragio referretur, atque pro Aeſculapii poſterorum vno reputatus, illi vt hoſpiti Medico Athenienſes hoſtias immolarent, eo quod Architelis Areopagitae vxorem in ſomnio adſtans edocuiſ-

ſe

ſe crederetur, qua ſalutaris artis lege ab vniuerſa lue peſtilentiali Graeciam deuaſtante commodiſſime liberaretur. Merces curationis ea Scythae Medico coepit a morte quoque perſolui, vt equus albus vertente quouis anno ad illius monumentum immolaretur, cui columna inſcriptione ornata fuit impoſita cum effigie coronata, dextera manu librum, ſiniſtra vero arcum intentum tenente fabrefacta; adeoquidem medicinae peritia Noſtrum excelluiſſe, referret Sophiſta ille l. c. pag. 862. Tom. I. vt febre correptos, inſtituta religioſa ad defuncti tumulum peregrinatione, ope illius etiam poſt mortem fuiſſe a morbo ſuo liberatos. Dicendum eſt verbo, elegantiſſimas in homine hoc peregrino ſcientias, et optumas artes, virtutisque ſtudium, candorem in primis et amicitiam, vna cum ſingulari medendi dexteritate vniuerſa admirata eſt Graecia. Quae ad acquirendam Toxaridis videntur pertinere notitiam, eorum ex Luciano depromtorum epitomen exhibet Bruckerus quoque in Hiſtoria critic. Philoſoph. Tom. I. Lib. II. cap. XI. §. 6.

ARTICVLVS XLVIII.

VALMARIN (*Iſraël*) Ineunte anno 1757. Iſraël hic et nomine et gente et educatione et religione Hebraeus a Coetu Iudaeorum Poſonienſi ex ſingulari Ill. Comitis Ioannis Palfy indultu in eam Lib. Regiamque ciuitatem euocatus eſt. Is ſe Göritii an. 1725. patre et matre vtrisque religioni Iudaicae addictis genitum perhibuit,

hibuit, adulta aetate posteaquam studio Medicinae, anatomiae et praxi clinicae in Xenodochio Patavii per quinquennium litasset, et propositos, vt moris in ea Vniuersitate est, Locos partim ex Aristolele, partim ex Hippocrate vel Galeno selectos bene explicuisset, oppositiones, vt par est, soluisset, Casum medicum rarius obvium resoluisset, in Doctorem Medicinae ritu sollemni an. 1746. ab ordine Medicorum, dato in testimonium verae eruditionis diplomate, inauguratus est. Patriae redditus, sub auspiciis Ioan. Baptistae de Radiis, ciuitatis comitatusque Göritiensis Medici ordinarii tribus annis praxim exercuit, inde Venetias delapsus, ibi marte suo coepit primum Medicinam facere, quam Trebitschii in Moravia, mox Eisenstadii in Comitatu Semproniensi feliciter continuavit, quoad Posonium a gente recutita inuitatus commigraret; hoc loco sollerter ordinarii inter suos physici munere defunctus est, quoad an. 1772. mense Aug. in sinum Abrahae, prout desiderauit, recumberet. Eum bene latine doctum, expedite et loqui et scribere potuisse, nostro confirmare possumus testimonio.

Ante Valmarinum hunc *Michaël Nathanaël* HIRSCHEL fuit, itidem Hebraeus, cui frequens Iudaeorum respublica Posoniensis in oppido regio subarcensi sanitatem suam tutandam concrediderat: hoc in loco parentibus Iudaeis ille natus est, ibi magno cum adplausu medicinam factitasse dicitur vsque ad annum 1756. quo e viuis excessit. Eum Halae Magdeburgicae ad d. 11. Iun. an. 1734. edita prius dissertatione in-

aug.

aug. medica, ſub praeſidio Mich. Alberti defenſa, *De cauſſa febrium intermittentium, earumque pertinaciae ratione*, ſummos honores et priuilegia medica capeſſiuiſſe ex Faſtis Academiae Hallenſis publicis edidicimus. *Marpurgerum* vero quemdam Medicum Poſonienſem, non abſimiliter et gente et religione Iudaeum, cuius Frider. Ern. Bruckmannus in Memoralibus Poſonienſ. mentionem an. 1735. fecit Epiſtol. Itiner. 48. Centur. I. nil amplius commemorare conuenit pluribus. (*)

N 4 ARTI-

(*) Inter eos, quos Poſonium ſinu ſuo fouit Medicos eosque plurimos, priorem aetate *Georgio Eberlino* reperimus neminem: hinc *Paulus Spindlerus* celebris ille Obſeruationum Medicinalium Auctor, Poſonienſis, dum adhuc Argentinae ſtudio medico litaret, *Diſputationem XII. de Pharmacia*, 99. quaeſtionibus comprehenſam, dedicauit, Argentinae typis Ioannis Andreae an. 1628. excuſam. Epigramma dedicationis ita habet: *Nobiliſſimo, clariſſimo et experientiſſimo D. Georg. Eberlino, Med. Doct. celeberrimo, Poliatro Poſonii Hungarorum praeeminentiſſimo, Fautori et Evergeti ſuo, omni obſeruantiae cultu aetatem honorando.* Nec ea vltima eſt Poſonienſium gloriatio, quod Leucoreis quoque Athenis Doctorem Medicinae publicum e ciuium ſuorum numero, eodem ſeculo, ſuppeditauerit, *Ioannem* puta *Fridelium*, Apollinis ibidem laurea, Decano Ioan. Strauchio, die 5. Mart. an. 1667. redimitum: ſub illius praeſidio duplicem ſcrutando comperimus habuiſſe diſputationem medicam *Martinum Kölſchium*, Segesvaria Tranſiluanum, alteram *de Hydrope* excuſam Vitteb. in officina Fincelliana Mich. Meter an. 1668. dicatam *Sereniſſimo*, verba ſunt *auctoris*, *potentiſſimo, celſiſſimoque Principi ac Domino Michaëli Apafi, Tranſilvaniae, ac ſuperiorum partium Hungariae, Principi, Siculorum Comiti etc. Principi Opt. Max. Pio, Felici, Auguſto.* Oeconomia operis complectitur XV. capita ſatis prolixa. Defendenti ap-plau-

ARTICVLVS XLIX.

VETTE (*Georgius*) Graudentii Borussorum, Culmensis Praefecturae oppido, natus est d. 30. Octobr. an. 1645. Thorunii apud Godofredum Reinhardt sex annis arti pharmaceuticae addiscendae nauauit operam, ad magisterium admissus Fraustadium se recepit, inde Dantiscum in regium pharmacopaeum profectus, tandem an. 1672. in Transiluaniam a Cibinienſibus euocatus est, a quibus administrandae officinae phar-

---

plauserunt eleganti carmine Mich. Clausenburgerus aliter Kolosvári, Medio-Transilvanus, Theol. cult. Andreas Henning, Coronensis, Mart. Maurer Kis-Schenkinus, et Ioannes Schuller Prodensis, Transilvani; alteram vero *de Pleuritide*, sub eiusdem Fridelii praesidio, eodem et loco et anno typis Ioannis Haken promulgatam, Danieli Tiefftrunckio, Gymnasii Soproniensis Rectori, et EliaeThomaePoëtae Laureato Caesareo, et Gymnasii Posoniensis Rectori nuncupatam. Iuuabit forte reliquorum quoque Medicorum Catalogum nominum tenus dumtaxat hic adnectere, qui Posonium aut natale solum aut fortunarum suarum sedem saltim agnoscunt: Iosephus Balbus, Ioan. Theophilus Belius, Io. Ephraim Boehm, Nicol. Conhard, Nicas. Ellebodius, Ioan. Mich. Graaff, Dan. Geiger aliter Waldman, Esaias Waldman, Andr. Herman, Ioan. Christoph. Huber, Ioan. Sam. Hueber, Honorius Wilhelm. Kastenholtz, Mich. Klement, Car Ios. Klement, Ioan. Christophor. Knogler, Casp. Korman, Komorszky, Io. Georg. Koller, Ier. Maehrl, Mart. Christoph. et Christoph. Dan. Mezger, Car. Otto Moller, Sam. Neuman, Oswaldus, Christoph. Preis, aliter Pannonius, Samuel et Christoph. Andr. Pauer, Ios. Carol. Perbegg; Wilhelm. et Carol. item Carolus Rayger, pater, filius, et nepos, Gideon Ribe, Ioan. Dav. Ruland, Ioan. Theoph. et Ioan. Mich. Schwartz, Io. Andr. et Ioan. Mich. Segner, Andr. Schemberger, Ios. Sgolanits, Ioan. Strobelberger, Schilpacher, Georg. Eric.

pharmaceuticae publicae admotus, vixit ad annum vsque 1704. laudabiliter illo functus munere. Eximius fuit Botanicus, fuit Societatis quoque Naturae Curiosor. commembrum, in quorum Ephemeridibus aliquae prostant obseruationes:

Decur. I. An. IV. & V. Observ. 170. *De Draconibus Transiluaniae, eiusque dentibus.*

Obs. 171. *De Aquis ardentibus Transiluaniae.*

An. VI. et VII. Obs. 239. *De Luxuriantibus quibusdam Trans-*

Eric. Till, Ioan. Mart. Troft, Iuft. Ioan. et Ioan. Torkos, Io. Car. Wieland, Io. Theoph. Windifch, Maximil. Honor. Zolicofer, Oefme, Car. Iof. de Bukifch, Ioan. Godofred. Haberland, Ioan. Wallafzkai, David. Gömöri junior, et alii. Aft nouiffime ex autographis Sigismundi Tordae Ephemeridibus MSctis edocti fumus, fuiffe an. 1561. Medicum Pofonii nomine Procopium, vt id ex fequenti obferuare licet pericope: 7. *Novembr. venimus Viennam voçati a Regia Maieftate, R. D. Praefectus Ioannes ab Uylak, et ego.* 11. *Redii Pofonium.* IX. Dec. *Doctor Procopius acceffit ad Euphemiam et peruestigauit morbum et cauffas ex Hiftoria fymptomatum.* X. Dec. *Coepit curationem, etc.* Euphemia haec erat Sigismundi Torda, viri eruditiffimi vxor, cuius foror germana, natu minor, Sabina, Iofepho *Tectandro*, Medicinae Doctori fuit defponfata; fed quum hic nuptiis praemoreretur, *Georgius Vernherus*, fororum bis geminarum pater, tale pofuit genero fuo Tectandro epitaphium in *Luctibus Panconiae*, Cracoviae apud Hieronymum Vietorem, anno MDXLIII. editis:

Tectander iacet hic Medicus, Medicina valeto!
Quid fperent alii, fi perit author opis?

ſiluaniae plantis, *Maſiago puta faſciato*, *Primula veris faſciata*, *et Ranunculo faſciato.*

Filius huius, *Ioan. Geòrgius Vette*, poſteaquam in patria ciuitate Cibinienſi eruditus eſſet, artem Hippocraticam excolendi gratia in Germaniam excurrit, inde pedem in Belgium promouit, et mox ipſas quoque fortunatas inſulas, Angliam intellige, penetrauit, gradum Doctoris in Medicina ad d. 21. Maii an. 1711. Harderouici mercatus eſt, dum faſces Academicos Weſtenbergius teneret. Patriae telluri proſpere redditus, in ordinem ſenatorium adlectus eſt, et magiſtratum geſſit, et medicinam pluribus annis inter ciues ſuos factitauit. Opuſcula academica, quae ſcripſit, duo ſunt:

1.) Diſſert. anatom. *De Cerebro*. Vitteb. an. 1709. in 4.
2.) Diſſ. inaug. med. *De Catameniis*. Harderov. an. 1711. 4. Tale Diſtichon Stephanus Aunerus, Tranſiluanus philiater, publice cum laude diſputanti adiecit:

Ingenii dotes Salam ſat propter et Albim
Spectatas Anglis iam Batauisque probas.

Andreas Vette vero, Med. Doctor, hunc patrem, illum autem auum profitebatur, qui mox infelici fato in morbum hypochondriacum incidit, factusque eſt dein inſigniter melancholicus, ita vitam caelibem duxit in ſolitudine miſeram, finiitque. Dum in Doctorem Medicinae ad d. 4. Maii an. 1740. in Academia Lipſica inaugurare-

raretur, defendit Differtationem medic. praef. Io. Zachar. Platnero. *De Noxis ex cohibita suppuratione.* Lipf. an. 1740. 4. plag. 5 ½. Cui Ioan. Erneft. Hebenftreit Programma *De Methodo plantarum ex fructu optima* adtexuit. (*)

ARTI-

(*) Plures funt, qui Cibinii Tranfiluanorum Medicinam fecerunt, at Ioanne Salio, Doctore Medicinae priorem inuenio neminem, huius memoriam nobis Mich. Siglerus, Syndicus Cibinienfis, in Chronologia Rerum Hungaricarum Lib. I. cap. V. conferuauit, quam M. Belius in Adparatu Rerum Hungar. Pofonii an. 1735. in fol. edito publicauit; dum Michne, Draculae filius, regno Tranfalpinenfi pulfus, et Cibinii ob fummam crudelitatem trucidatus, in templo S. Crucis, fratrum Praedicatorum anno 1510. honorifice tumularetur, tale cum infcriptione pofuit Epitaphium:

Heu res humanae fragili quam ftamine pendent!
Quam ruit aligero gloria noftra gradu!
Regnabam nuper multo cumulatus honore,
Sede parentali fplendida fceptra gerens.
Militia notus, qua Cynthius aftra fubumbrat,
Quaque terit gelidum Parrhafis vrfa polum.
Ante meam faciem prouincia noftra tremebat,
Me quoque finitimae pertimuere plagae.
Praedonum fueram domitor, furumque flagellum,
Iuftitiam rigide fortiter enfe gerens.
Chriftigenis volui fociata iungere figna
Inque Byzantinos arma mouere lares.
Iam mihi non vires, auri neque copia fului
Defuit, aut quidquid principis aula tenet.
At breuis hora graui mea fubruit omnia cafu,
Omnia ceu paleas disjicit aura leues.

Dum

ARTICVLVS L.

WIPACHER (*David*) Adulto feculo fuperiori Joannem Henric. Wipacherum, Modrenfium Verbi diuini Miniftrum, eumque difertiffimum fuiffe, Schreiberus memoriae prodidit in defcriptione vrbis Modrenfis idiomate Germanico typis publicata; hoc auo, ut relatum accepimus, in eadem Lib. Regiaque fuperioris Hungariae ciuitate progenitus eft *David Wipacherus*, qui relictis patriae laribus, comparandae eruditionis gratia Lipfienfium Mufarum fedem falutauit fub initium labentis feculi, et

---

Dum mea gens patrio pepulit me perfida regno,
Turcarum immenfa concomitata manu.
Cibinium fugi, infignem dum incedo per vrbem,
Sepofitis armis omnia tuta putans;
Irruit hoftis atrox, multoque fatellite cinctus,
Vitam furtiuo furripit enfe meam.
Exoritur clamor, vulgus cita corripit arma,
Horrendique reos criminis enfe ferit.
Flebat luctifico populus mea funera planctu,
Sed nequit ad dulcem me reuocare diem.
Sic quafi momento volucri cecidere ruina,
Nofter honos, regnum, gloria, robur, opes.
Corpus humo tegitur, pius aethera fpiritus intrat,
Et clarum toto nomen in orbe manet.

Ioannes Salius, Doctor Medicinae faciebat.

et mox an. 1717. d. 28. Octobr. (*) dignam Doctore medico in arte ſalutari capeſſiuit lauream poſtea quam eruditam prius praeſide Ioan. Bohnio defenſam concinnaſſet ſuo Marte Diſſertationem medicam, *Caſum aegri ſomnambulationis morbo laborantis reſolutum*, exhibentem. Lipſ. an. 1717. 4. plag. 7. quae Lauſannae an. 1760. recuſa legitur inter Diſputationes ad Hiſtor. morbor. et curation. facient. ab Ill. Hallero collectas, Tom. VII. part. II. pagg. 438. ſeqq. Praxin medicam dum inſigni cum laude in vniuerſa exerceret vrbe, docendo publice ſtudio Botanico admotus eſt; et in gratiam ſtudioſae Iuuentutis academicae, *Floram Lipſienſem*, et *Geneſin Morborum*, Librum vtrumque auditorum vſibus deſtinatum, typis Lipſicis exſcriptum vulgauit. Apud exteros muneribus publicis defunctus, vitam quoque laudabiliter actam apud eosdem clauſerat. Filius, *David Wipacherus*, vnicus paternae eruditionis haeres, ſedulo dum genitoris ſibi cognominis legit veſtigia, anno

1753.

(*) Annum hunc 1717. Wipachero ſollemnem eleganti chronoſtico expreſſit Ioan. Theoph. Bauer in adgratulatorio ſuo Carmine Teutonico, ſtanno Lipſico in fol. expreſſo, quod his ſequentem in modum claudit verbis:

Trifft ſtets, wie ietzt den Nahm und Iahrzahl überein,
So wird in kurtzer Zeit dein Titul gröſſer ſeyn.

DoCtor DaVIDes WIpaCher.

per Anagram.

h. proVIDa DeI CVra CVſtoDe.

1753. purpura doctorali Lipſiae ſollemni ritu inueſtitus praxin clinicam auſpicatus eſt, et Hungariam patris natale ſolum ingreſſus, Schemnitzium futuram fortunarum ſuarum ſedem delegit, Phyſici ordinarii ſpartam ibidem intrauit, quam non modo ſolam, ſed vitam quoque, fati neceſſitate compulſus, anno 1771. deſerere coactus eſt magni a ciuibus aeſtimatam.

OPERA.

1.) Diſput. Philoſ. reſp. Georg. Gottlob Küchelbeckero. *De Phlogiſto minerali vnionis rerum metallicarum vinculo.* Lipſ. an. 1751. in 4.
2.) Diſſert. inaug. med. *De phlogiſto animali, vt variorum morborum cauſſa.* Ibid. an. 1753. 4.
3.) Diſput. pro Loco in facultate medica Lipſ. obtinendo. *De Phlogiſto animali, vt variornm morborum medela.* Ibid. an. 1764. 4.
4.) *Genuina ratio, cur pleuritide vera ſaeuiente, V. S. adfecti lateris, alias deriuatoria dicta, praeoptanda ſit, Libro ſingulari complexa.* Lugd. Batav. an. 1756. 12. plag. 8. Recenſetur in Commentar. Lipſ. de Reb. in Scient. Nat. et med. geſt. Decad. I. Supplement. 3. pag. 433.
5.) *De Thermis Ribarienſibus in Hungaria Liber ſingularis.* Lipſiae an. 1768. 8. Laudatur a Ienenſibus in Erudit. Ephemerid. an. 1769. pag.

pag. 294. 295. et a Göttingensibus an. 1769. part. 141. pag. 1277. (*)

ADDITAMENTVM.

WIRTH (*Georgius*) Leobergae, Silesiae oppido, nobili familia prognatus est an. 1470. primis studiorum tirociniis in patria factis, dein in Academias varias profectus, optimisque artibus ornatus, Lipsiae primum an. 1509. Magistri in Philosophia, tandem an. 1515. amplissimo Doctoris in Medicina titulo Bononiae decoratus est. Quum ex Italia per Liburniam ad patrios lares regredi cogitaret, praeter spem in ea ditione detentus, et Physicus prouincialis delegatus est: breui eam nominis celebritatem in arte salutari adsecutus est, vt in Aulam Ludouici II. Hungariae et Bohemiae regis, Mohacsiana postea

(*) *Car. Frid. Loewius* refert in *Differt. sua epistolica, ad Mart. Schmeizelium* de *Scriptoribus rerum physico medicarum Hungaricarum exarata*, Msta, quam ex Bibliotheca Cibiniensi descriptam acceperam, pie defunctum patrem suum, *Andream*, Nob. Hung. Med. Doct. et Physic. Semproniensem, reliquisse *Consilium de Balnei Altenburgensis in malo ischiadico salutari vsu*. Dolendum est, filium, vt promisit, id publici juris facere, morte praepeditus, non potuisse, agitur enim in eodem non modo de doloris ischiadici vera atque genuina caussa, sed et in hoc affectu tum efficacia calidarum aquarum celebratur, tum earum modus agendi exponitur. Prae aliis vero laudat auctor *Altenburgense*, cuius et principia constitutiva, quibus tamen adhuc sal quoddam alcalinum addit, et modum operationis et adhibitionis rationem describit, subiunctis regulis diaeteticis, aliisque.

ſtea clade notati, euocaretur, et dum ſplendiſſimo archiatri munere cum laude et dignitate non nullis annis defungeretur, id nouiſſime ſingulari ſuo merito effectum eſt, vt a noſtro Rege hoc iuuene (*) Sacerdotio donaretur, et Budiſ-

(*) Numum argenteum oppido rariſſimum, e numophylacio amici integerrimi huiatis depromtum, in memoriam coronationis Ludouici II. Regis huius, ad Mohatſium caeſi, cuſum ſiſto lectoribus conſpiciendum,



cuius facies anterior regium infantem bimulum, ſuppoſito puluinari inſidentem, caput ſacro regni diademate cinctum repraeſentat tali in peripheria adiecta epigraphe * LVDOVICVS * FILIVS * R * VNGAR * BOHEMI * 1508 * ſub pedibus * CORONATVS * In auerſo vero latere tale legitur diſtichon cum anno 1544. praemiſſo:

BVDA * POTENS * ET * PANNONY * GENS * MARTIA * REGNI *

QVOD * FVIT * ESSET * SI * VIVERET * ISTE * PVER *

V G

duos numiſmate hoc Hiſtoricorum nonnullorum patriae, Cl. *Timonis* in primis in *Epitom. chronolog. Rer. Hungar.* emendari poſſe errores certo colligimus indicio, dum ille *Dubrauii* fide nixus tempus peractae inaugurationis regiae ad annum praecedentem 1507. collocat; et, quod *numiſma noſtrum in Hun-*

Budiſſinae Luſatiorum Decanus crearetur. Aſt ſuperueniente immodico mox ſanguinis fluxu, ad d. 9. Mart. an. 1524. aetat. 54. Görlicii ſuffocatus, ibidemque tumulo conditus, qui tali ornatus erat Inſcriptione lugubri: *Georgius Wirth, Leobergenſis Sileſius, Ludouici Bojemiae et Pannoniae Regis archiater, a quo tandem, ſplendidiſſimo iſto cum laude et dignitate perfunctus munere, Budiſſinae Luſatiorum conſtitutus eſt Decanus ſingularis meriti ergo. Görlitii feliciter obiit an. 1524. aetat. 54.*

Carniolae ducibus, Regi dein Pannonis orae
Gratus eram, medica Doctor in arte bonus.

Nicolaus vero Reuſnerus in Iconib. Illuſtr. Viror. pag. 39. tali cohoneſtauit epitaphio:

Arte fui magnus Ludouici Regis in aula
Pannonici: Carni me coluerê Viri.
Budiſſina facit me, Rege iubente, Decanum;
Görlicii ſacra ſum tumulatus humo.

Caſpar vero Cunradi ita accinuit:

Credita Pannonici Regis mihi vita, ſalusque,
Dic Medici nonne eſt laus ea magna viri?

Piget

Hungariane an Tranſiluania percuſſum fuerit, ignoret; quum vero locus officinae monetariae, a *Carolo I.* excitatae, et per duo amplius ſecula florentiſſimae, e qua prodiit, *Vice-Gradum* puta litteris V. G. aperte indicatur. Occupata a Turcis Buda, Vaczia, Strigonio, hoſtis caſtro huic regio inter dictas vrbes medio occupando dum inhiaret, numum hunc noſtrum et voto et vaticinio praepoſtero omnium vltima vice *Viſſegradi* ſignatum fuiſſe opinamur.

Piget plures eiuscemodi verſiculos a Reuſnero, Boiſſardo, Rivio, Treutlero non inuita Minerua factos repetere. Vitam Wirthii noſtri a plurimis viris, iisque eruditis, deſcriptam acceptimus, verbo ſaltim commemorandis: *Hanckeus* in Sileſiis Indigenis cap. 65. *Henelius* in Sileſia Renouata Tom. I. cap. VII. *Cunradi* in Sileſia Togata pag. 338. *Boiſſardus* P. IV. Icon. Illuſtr. Viror. pag. 101. ſeq. *Koenigius* in Bibliotheca ſua pag. 812. *Melchior Adami* in Vitis Medicor. pag. 6. *Langius* Libr. I. Epiſt. 40. *Reuſnerus* loc. cit. et infiniti alii. Sculptas Noſtri Imagines ſedulo collegit *Moehſenius* in Collection. Icon. Viror. in arte medica celebr. Part. II. pag. 147. edit. Berolin. an. 1771. in 4.

OPERA.

Vita Chriſti ex quatuor Evangeliſtis collecta. Francof. an. 1594. in fol. Scripti huius meminit Kõnigius in Bibliotheca ſua pag. 87. (*) Dum vero Reuſnerus l. c. *Litterarii otii ſui Symbolas in omne aeuum duraturas* ſcribat *reliquiſſe*, eae forte aut hodiedum haerent in MSćto,

(*) Auctor anonymus *Vergnügen müſziger Stunden*, Part. VII. pag. 20. pulcre monuit, opuſculum hoc theologici argumenti non Wirthio Noſtro, vt fecit perperam Koenigius l. c. Sed Wirthio potius adſcribendum illi, quod rationibus euincit, qui Caroli V. Imperat. et Philippi filii Regis Hiſpaniarum, in aula Bruxellenſi octo annorum interualla fuit archiater.

MSčto, aut certe de aliis Wirthiis cognominibus intelligendum venit, quos poſt alios recentiſſime *Keſtnerus* in Lexico ſuo Medico recenſuit.

Supplementa ad Biographiae Medic. Hungar. et Tranſilv. Centuriam Primam addenda.

IN ARTICVLO 2. AEMILIVS. In Nota aſteriſco ſignata pag. 3. vltimis his verbis: *quidquam de eo tradidit*, adnectantur hoc ordine ſequentia: Adhibito tamen mox diligentiori ſcrutinio incidimus in illum *Eccleſiae Veſzpremienſis praeſulem*, qui in principem ſeu directorem eruditae Societatis litterariae Celtico-Danubianae Budenſis omnium forte primo electus eſt: eum vero *Ioannem Vitéz* fuiſſe certo nobis conſtare poterit ex eo potiſſimum diplomate, in Caſtro *Sárvár* feria VI. proxima poſt feſt. b. Georg. Martyr. an. Dom. 1497. dato, quod admodum *Rev. Georg. Pray Spec. Hierarch. Vngar. P. I.* pag. 301. primus omnium in lucem produxit; nec non Litteris Vladislai II. manu Ioannis Vitéz Epiſcopi Veſzpremienſis an. 1495. ſignatis, hodie in Collectione MSčtorum Szekelianorum Tom. V. haerentibus, quibus Rex noſter exemtionem Iobbagyiorum Monaſterii de Monte Pannoniae confirmat; at perpetuus hic loci eiusdem Comes, et Aulae Reginalis Maieſtatis Regni Vngariae Supremus Cancellarius,

 haud

haud confundendus cum *Archipraesule Strigoniensi Ioanne Vitéz* cognomine, vt perperam fecisse putamus Rev. *Ladislaum Szörényi* in *Vindiciis Sirmiensibus* pag. 74. Budae an. 1746. publicatis, quia neuter horum umquam alteri in sede sua successit. Hic idem *Ioannes Vhytéz*, sodalitatis Princeps, est, quem *Aldus Manutius* corrupto vocabulo *Ianum Wyrthesium Pannonium* adpellat, cui Athenaeum suum, Venetiis anno demum 1514. in fol. editum, inscripsit, his verbis orationem exorsus: *Quantum tibi gratuler Iane, etc.* eumque multis ob Latinam et Atticam dictionem cumulat encomiis: laudat eum *Galeotus* quoque *Martius* in dictis et factis Matthiae regis cap. 27. Inter Epistolas Matthiae Coruini Cassov. an. 1743. in 8. edit. quae LXX. est, legitur *Ioannes* hic *Vitéz* fuisse regius in aula summi Pontificis orator et Episcopus Sirmiensis; hanc illi praesulis dignitatem adscribunt Articuli quoque Matthia imperante an. 1486. publice in Diaeta Budensi conditi; idem ille Ioannes est, qui in Articulis Comitiorum an. 1495. et 1498. conuocatorum Ecclesiam Veszpremiensem administrasse legitur, quo vero postmodum Mysta hic merito Vienensem quoque, retento priori sacerdotio, obtinuerit a Maximiliano infulam, fusius narratur apud *Bonfinium* in Append. Decad. V. Lib. I. succincte vero ab *Istvanfio* Lib. I. pag. 6. Ast quando eruditorum hoc Virorum Concilium in Pannonia florere desierit, vix quisquam facile illud certo definiuerit: ante

tamen

tamen infelicem cladem Ludovici Mohácsianam paene fuiſſe diſſolutum, ſuſpicio fuit noſtra, non vano ſuffulta argumento, in Centur. I. artic. 26. pag. 52. iam indicata.

IN ARTICVLO 23. ELISABETHA. Poſtremis verbis adiiciantur vberioris elucidationis gratia ſequentia: At Hoyerus ſine dubio memoria lapſus eſt, cum formulam Eliſabethae aureis litteris ſignatam in Bibliotheca Auguſta Vindobonenſi exſtare adſeruit, ea apud familiam *Podagaſtarorum* in Cypro deliteſcit: proſtat enim in tabulario Illuſtr. Familiae *Splenyianae* Schediaſma MSctum, quod triennio abhinc ab erudito Amico Poſonienſi G* P* exſcriptum, et exmiſſum huius tenoris eſſe cognoui: *Ioannes Pravotius, Roviacenſis Medicus, in Libello Secretorum remediorum omnium haec ad verbum habet — — — Cum certum conſtet, multorum caſibus vis admiranda ſubſcripti remedii, narrabo, qua fortuna in illud inciderim. Anno 1606. vidi inter libros Franciſci Podagaſtari ex nobiliſſima Cypria familia, cum quo ſumma mihi erat familiaritas, pervetuſtum Breviarium maxime apud eum venerationis, quod a S. Eliſabetha Hungariae Regina Maioribus ſuis datum aſſeruarat in mutuae beniuolentiae Symbolum. In libri huius veſtigio remedium contra Podagram illius Reginae manu inſcriptum mihi oblatum fuit perlegendum, quod his formalibus, quae inde exſcripſi, erat expreſſum:* „Ego Eliſabetha, Hungariae Regina an„norum aetatis ſeptuaginta duorum multum in„firma et podagroſa vſa ſum per vnum annum „iſta Recepta, quam mihi dedit quidam anti-

„quus Eremita, quem nunquam videram nec
„antea nec poſt, et fui cito ſanata, atque om-
„nibus apparens vltra modum pulcra, ita, vt
„Rex Poloniae me petierit in matrimonium,
„quum ego et ille vidui eſſemus, renui tamen
„id agere amore Domini mei Ieſu Chriſti, a
„cuius Angelo, credo, me hanc accepiſſe
„medicinam.

Recepta. *Aquae vitae quater deſtillatae partes tres, ſummitatum et floris Roſmarini partes duas, ponantur ſimul in vaſe bene clauſo, ſtentque in loco calido per horas 50. tum Alembico deſtillentur, & mane in cibo vel potu ſumatur drachma vna ſingulis ſeptimanis ſemel, et omni mane lauetur facies cum ea, et membrum aegrum. Renouat vires, acuit ingenium, mundificat medulam et neruos, viſum inſtaurat et conſeruat, vitamque auget.* Hoc in Breuiario. Ita Pravotius. Sed vides, L. B. me non monente; Prauotium errare, cum S. Eliſabetham, Andreae II. filiam, quae XXIV[to] aetatis anno obiit, Eliſabethae illi, quae Ludovici I. mater fuit, perperam ſubſtituit: nuptiae perinde a Polono oblatae non leuem ſuſpicionem mouere poterunt. Ceterum Eliſabetha duorum Breuiariorum in Teſtamento ſuo meminit; vnum ex his donat Reginae, Ludouici coniugi, alterum Dominae *Clarae de Pukur*, ea tamen cum lege, vt durante in his terris vita Horas inde diceret, ab obitu vero maneret in clauſtro B. Mariae Virginis de Veteri Buda. Alterutrum ex his facile ad Maiores Podaga-

gaſta-

gaſtari peruenire potuiſſe, quis inficiari audeat?

IN ARTICVLO 24. FISCHER. Operibus Fiſcherianis adtexenda ſunt ſequentia:

1.) Diſſert. med. inaug. praeſ. Chriſtian. Vater. *De Deliriis*. Vitteb. an. 1716. in 4.

2.) *Relatio ex Philoſophia naturali de fulgore, tonitru et fulmine, nec non phaenomeno Kesmarkini viſo.* Leutſchov. an. 1717. 4.

3.) *Conſilium peſtilentiale, oder Mediciniſches Gutachten von der Peſt, derer Indole, propagatione und differance von andern hitzigen Fiebern, wie auch praeſervation und Cur mit hiſtoriſcher Feder entworfen von D. Dan. Fiſcher etc.* Lipſ. et Vratisl. an. 1740. 8.

4.) Obſeruationes Annalibus Phyſico-medicis Vratislauienſibus inſcriptae:

Obſerv. 1. *Hiſtoria febris epidemiae an. 1717. circa Kaeſmarkinum in Hungaria ſub typo febrium continuarum malignarum graſſantis.* Tentamine I. menſ. Septembr. pag. 39.

Obſerv. 2. *De proprietatibus et vſu fruticis Carpatici, et Libani Carpatici, et medicamentis inde praeparari ſolitis.* Tentam. II. pag. 331.

Obſerv. 3. *Hiſtoria pleuritidis menſe Aprili an. 1718. epidemice Kaesmarkii in Hungaria obſeruatae.* Tentam. IV. pag. 984.

Obſerv. 4. *Crinones ſeu comedones M. Maio et Iunio in 4. aegris notati Kaes-*

 mar-

markii in Hungaria. Ibid. pag. 1085.

Obſerv. 5. *Sectio Puellae Hydropicae anatomica.* Tentam. V. pag. 1393. Repetita in Ephemerid. Nat. Curioſ. centur. IX. obſ. 50.

Obſerv. 6. *De efficacia Caſtorei ad praecauendum abortum.* Ibid. pag. 1609. Repetita in Ephemerid. Nat. CC. Centur. IX. Obſ. 57.

Obſerv. 7. *De lumbrico cucurbitino vlnarum quinque cum ſemiſſe longo excreto.* Tentam. VII. pag. 203.

Obſerv. 8. *Hiſtoria Leprae ex Lue venerea.* Tentam. VIII. pag. 733.

Obſerv. 9. *Hiſtoria Variolarum a M. Martio ad Menſ. Decembr. an. 1718. graſſantium, tandemque rurſus quibusdam an. 1719. recrudeſcentium.* Tentam. X. pag. 565.

Obſ. 10. *De pluvia cum intermixtis ſanguineis guttis.* Tentam. XII. pag. 658.

Obſ. 11. *Hiſtoria Morborum in Comitatu Liptovienſi in Hungaria graſſatorum, Menſ. Ianuar. Februar. & Mart. Aprili an. 1720.* Tentam. XIII. pag. 35. et pag. 162.

Obſ. 12. *Hiſtoria Morborum in Comitatu Liptovienſi in Hungaria graſſatorum Menſ. Maio, Iunio, et Iulio, Augusto, Septembre, et Oct. Nov. Decembr.* Tentam. XIV. pagg. 39. 510. 609.

Obſ.

Obſ. 13. *Hiſtoria Morborum aeſtiualium et autumnalium an. 1725. Kaeſmarckini in Hungaria, Menſibus ſcilicet Iulio, Auguſto, et Sept. graſſatorum.* Tentam. XXXV. pag. 51. 172. et 321.

Obſ. 14. *Continuatio Hiſtoriae Morborum autumnalium an. 1725. Menſibus Oct. Nov. Dec.* Kaeſ*marckini graſſatorum.* Tentam. XXXVI. pagg. 435. 552. et 687.

Obſ. 15. *Conſtitutio epidemia Comitatus Scepuſienſis, et in Specie Regiae Liberaeque Ciuitatis Kaeſmarckienſis Menſ. Ian. Febr. et Martio an. 1726.* Tentam. XXXVII. pagg. 46. 189. et 314.

Obſ. 16. *Conſtitutio epidemia Comitatus Scepuſienſis, et in ſpecie Regiae Liberaeque Ciuitatis Kaeſmarkienſis an. 1726. Menſ. Aprili, Maio, et Iunio.* Tentam. XXXVIII. pag. 514. et 639.

5.) In Supplemento IV. ad Annales Phyſico-medicos Vratislauienſes proſtant ſequentes Relationes naturalium rerum Hungaricarum:

1.) *Deſcriptio Fontis foetidi, vulgo ſulphurei Leibitzenſium. pag. 103.*

2.) *Deſcriptio Acidularum Nagy-Szalokienſium cum collatione cum reliquis acidulis Comitatus Scepuſienſis. pag. 120.*

3.) *Deſcriptio Lapidum ſtalactites in antris Carpati Scepuſienſis inuentorum. pag. 124.*

4. *Descriptio Lapidum granatorum in Carpato Scepusiensi repertorum. pag. 129. Iterata per Bruckmannum in Magnal. Dei in Loc. subter. P. I. pag. 1003.*

6.) Medicamenta composita inuentionis Fischerianae in Indice Annalium Vratislav. vniuersali pag. 313. seqq. recensita talia sunt:

a.) *Fischeri Emulsio antifebrilis temperans, descripta.* Tentam. I. Mense Septembr. pag. 40.

b.) *Fischeri Essentia contra vertiginem composita.* Tentam. II. pag. 335.

c.) *Fischeri Elixir. antivenereum.* Ibidem.

d.) *Fischeri Elixir antiscorbuticum.* Tentam. XIII. pag. 172.

e.) *Fischeri Essentia regia.* Ibidem.

f.) *Fischeri Pulvis diureticus.* Ibid. pag. 39. 43.

g.) *Fischeri Elixir menstruum.* Ibidem pag. 165.

h.) *Fischeri Mistura in passionibus hystericis.* Tentam. XXXV. pag. 53.

i.) *Fischeri Species odontalgicae.* Ibidem eod.

k.) *Eiusdem Massa stomachalis.* Ibidem pag. 54.

l.) *Eiusdem Puluis antiepilepticus.* Ibid. pag. 173.

m.) *Fischeri Vnguentum matricale.* Tentam. XXXVI. pag. 554.

7.) Obseruationes Miscellaneis Physico-medico-mathematicis Büchneri intertextae alio tempore enumerandae.

IN ARTIC. 27. GENSEL. Opera Annalibus Physico-medicis Vratislauiensibus inserta leguntur:

1.)

1.) *Constitutio epidemia inferioris Hungariae an. 1717. cum historicis et meteorologicis obseruationibus.* Tentam. II. pag. 393.

2.) *Constitutio epidemiae. an. 1718. Mens. Ian. Febr. et Mart. cum similibus obseruationibus.* Tentam. III. pag. 797.

3.) *Constitutio epidemia an. 1718. Mens. April. Maio et Iun.* Tentam. IV. pag. 1178. *Mens. Iul. Aug. Sept.* Tentam. V. pag. 1586. *Mens. Oct. Nov. et Dec.* Tentam. VI. pag. 1953.

4.) *Constitutio epidemia Regni Hungariae singulorum mensium totius an. 1719.* Tentam. VII. pag. 298. Tent. VIII. pag. 673. Tent. IX. pag. 313. Tent. X. pag. 674.

5.) *Descriptio Olei s. Balsami Hungarici, nondum omnibus promiscue cogniti.* Tentam. VIII. pag. 749.

6.) *Obseruatio de abortu et tempore animationis foetus.* Tent. XI. p. 207.

7.) *De Pilorum defluuio totius corporis.* Ibidem pag. 210. Iam ante inserta Ephemeridibus Nat. CC. Centur. III. et IV. observ. 137.

IN ARTIC. 40. KASSAI. Addantur in fine, quae hic referuntur, omnia: *Antonium Cassouiensem* Basileaequoque et Pataui studio medico nauasse operam ex litteris *Erasmi Rotterodami* ad Rudbertum a Mosham, Decanum Pataviensem, Basilea 12. Nov. an. 1524. datis, quae Oper. Tom. III. Part. I. pag. 825. exstant, licet cognoscere; dum his eum collaudare sustinuit verbis: *Si Medicus Antonius Cassoviensis*

has

has reddiderit, vt Iuuenem cognoſcere velis, rogo; cognitus placebit, ſat ſcio: diſceſſit hinc magno meo dolore etc. A reditu in patriam, litterarium cum Eraſmo inſtituiſſe commercium, *quatuor* ad Noſtrum miſſae *Rotterodami* abunde docent *Epiſtolae*, Oper. Tom. III. Part. I. et II. publicatae, quarum *prima*, quae in ordine DCCLV. Baſil. an. 1525. 25. Aug. ſcripta eſt, ſignificat Regni Hung. Theſaurario Librum ſuum, Caſſovienſe conſultore, dicatum iam Budam vna cum litteris exmiſiſſe; *altera* Baſil. 9. Dec. an. 1527. data ſcribit *pectus Antonini tribus Regnis ſibi eſſe pretioſius; Alexium Turzonem abunde ſibi ſatisfeciſſe* etc. *tertia* an. eodem exarata, quae DCCCC-XXI. eſt, Res Hungariae redditas eſſe ex clade Mohacſiana turbulentas maiorem in modum dolet, et, ob id conſilium ex ſe requirenti amico ſuo Antonio, his ita reſpondet verbis: *dum Principum res in ancipiti ſunt, nulli vehementer me addicerem, certe neminem laederem:* quare relicto patrio ſolo, in vicinam ſe ſubduxit Poloniam, et inter primates reipublicae coepit medicinam facere, in aula potiſſimum *Chriſtophori a Schiedlovitz*, Palatini et Capitánei Cracovienſis, regnique Cancellarii, nec non *Petri Tomicii*, Epiſcopi Cracovienſis, ita non nullis laudati Viri litteris teſtibus, commoratus eſt aliquamdiu; in *quarta*, MLVII. Friburgo, 9. Iun. an. 1529. exarata, nominat Eum Eraſmus *Amicum vita ſua cariorem.* Sed redditis mox pacatioribus Hungariae rebus, ad proprios Lares Medicus

noſter

noſter vna cum domeſticis ſuis revertit, ibidem an. 1544. diem obiuit ſupremum, cui *Clemens Ianitius* huiusmodi concinnauit Carmen, *Luctibus Pannoniae*, Cracouiae apud Hieronymum Vietorem anno MDXLIIII. editis, inſertum:

Antonine, vir es ſapiens, qui viuus, et omni
Parte valens, ſummum ſcis meminiſſe diem.
Iuſſiſti, tibi do carmen funebre, ſed illo
O tibi et ante decem ſecula ne ſit opus!
Dum medeor multis, ſuccumbo laboribus, hancque
Sic repeti requiem, cura laborque vale!

Supplementa haec loco Speciminis ad primam Biographiae Medicorum Centuriam addenda ſufficiant, reliqua alio commodiori perſequemur tempore.

F I N I S.

Hi praeprimis ſunt Patriae Medici, quibus in ſubſequentibus Centuriis locus adſignabitur:

A. Adami Paul. Albrecht Io. Ignat. Alſtedius Io. Arkoſi Bened. Artzt Io. Auner Steph. Ausfeld Chriſtoph. Apoſtolovits Ioan.

B. Balbus Ioſ. Baligha Sam. Bacſmegyei Io. Balog Séllyei Steph. Balog Soos Mich. Beddeus Sam. Belius Io. Theoph. Benedek Io. Benkoczi St. Binn. Io. Iac. Birgel. Birkel Ludov. Boehm Io. Ephr. Bukiſch Car.

C. Caſſai Georg. Mich. Centner Io. Chenot Ad. Chernel Chriſtian. Chytraeus Chryſaeus. Barthol. Cloſius Steph. Cloſtein Simon. Conhard Nic. Conrad Andr. Cornarius Diomed. Cramer Io. Henric. Cſapo Ioſ. Cſernánſzky Sam. Curtius Andr. Czegle'di Ioan.

D. Deccard Io. Gvil. Degenhard Io. Thom. Deimbl Franc. Ad. Dentulini M. Thom. Dietrichius. Dömök Greg. Dombi Sam. Drauth Sam.

E. Eberlin Georg. Ebhardt Georg. Sig. Elhard Ioann. Chriſtoph. Enyedi Caſp. et Steph. Erdélyi Steph.

F. Fabri Io. et Paul. Fabritius. Facetius Elias. Farkas Steph. Fejérvári Steph. Félfaluſi Ioſ. Felvintzi Georg. Ferrati. Fiſcher Car. et Franc. Godofr. Foegler Io. Baptiſt. Fogaraſi Ge. et Sam. Foit Mart. Franciſci Paul. et Andr.

Andr. it. Io. Magiſter Franciſcus. Francken-ſtein Mart. Henr. Friedel Io. Fromknecht Mich. Gabr. Fronius Andr. Fucker Iac, Fuerſt Io. Mich. Furlani Ioan. Andr.

G. Geiger Dan. et Eſaias. Gerngroſz. Gezenovius Io. Gilg von Gilgenberg Io. Giraldus M. Mich. Glatzinger Io. Mich. Gloſius Sam. Goemöri David junior. Gorgius Valent. Graaff Io. Mich. Greiſing Valent. Grinaeus Simon. Groſſe Andr. Car. Gruber Abrah. Gruenblat Dav. Grundel Georg. Grundler Io. Bapt. Guneſch Io.

H. Haberland Io. Godofr. Hammer Nic. Hartung. Hatvani Steph. Haupman Ioſ. Heinzely Mart. Heldius Matthaeus. Hennel. Hentzidai Matthias. Herman. Hertel Io. Hervartowſzky Sam. Hoffinger Io. Mich. Huber Io. Chriſtoph. Hueber Io. Sam. Hunnelburgenſis Io. Hutter Iacob.

I. Iánoſſi Georg. Ibrányi. Ioni Henricus.

K. Kaſtenholtz Honor. Wilh. Kehrn Io. Frider. Keller Steph. Kepler Lud. Kereſzturi Franc. Keſzler Io. Mich. Keyl Andr. Khien Ferd. Kis-Vitzai Ioſ. Klein. Klement Mich. Knogler Mart. et Io. Chriſtoph. Kochlatſch St. Anton. Koelſch Mart. Koemives Paul. Ad. Koepetzi Io. Koermendi Io. Koevesdi Io. Carol. et Io. Koller. Komorſzky. Korman. Kotze Sam. Kuettel Io. Georg.

L. Lalangue Io. Bapt. Landani Mich. Car. Lange Io. Godofr. Lani Paul. et Georg. Lenhardt Ioſ. Liedeman Ioſ. Sigiſm. Lieffman Frid. Lippai Io. Lipſzky Paul. Liſchovini Io. et Andr.

M.

M. Maehrl Ierem. Major Sigifm. Mare Franc. Xav. Markowfzky Mart. Martini Dan. Markot. Marthius Io. Matolai Ioan. Mátyus St. Maxai Mich. Metzger Mart. Chrift. et Chriftoph. Io. Miliarius Io. Ant. Milloradowitfch Petr. Milner Sam. Moller Dan. Wilh. et Ioan. it. Godofr. Molnár Adam. Mylius Io. Frider. Myfz Mart. Mayer. Malátz.

N. Nadányi Io. Nagy Georg. Neuman Sam. Némethi Steph.

O. Ofwaldus. Oervendi Ioan. Oefme.

P. Pariz Pápai Franc. junior et Andr. Parfchitzius Steph. Pauer Sam. Pázmándi Gabr. Pedemontanus Io. Perbegg Iof. Pétfi Andr. Perfa. Pfeifer Mich. Pillich Io. Ferd. Placer Erhard. Plenck Iof. Portner. Prandt Ad. Ignat. Privigyei Nicol. Procop. Ioan. Pruckman Anton.

R. Radnitzky Ign. Raenner Theoph. Rayman Sam. et Io. Adam. Raymund Iof. Reticus Ioach. Rezenei Ioan. Ribe Gideon. Ribezius Ifraël. Richter Car. Godofr. Rod Georg. Rofcius Achat. Frid. Rothe Sig. Theoph. Rumbaum Car. Frid. Raab Franc. Mich.

S. Sailler Io. et Car. Wilh. Salius Io. Sambucus Ioan. Schanckebanck Ioan. Schedius Sam. Chriftoph. Schilpacher. Schirmer Io. Schmidt Ioan. Chriftian. et Io. Georg. Schoenlin. Schoppel Andr. Schneller Io. Georg. Schuller Io. Gottl. Schuun Iac. Schufter Iac. Schwabius Chriftian. Ioach. Schwannenfeld Ignat. Io. Nep. Schwartz Io. Mich. Scopoli Io. Anton. Sebaftianus Magifter. Securius

Iof. Segner Io. Mich. Seivert Mich. Selingus Andr. Seuler Luc. Sgolanits Iof. Shoretits Mich. Ign. Simoni Mart. Slaby Franc. Somogyi Iof. Sontag Sam. Soterius Andr. Steiner. Stocker Laurent. Stockinger Mich. Godofr. Strobelberger Ioan. Stuckard. Sz. Iváni Mart. Szathmári Paul. Szobofzlai N. Sam. Seredi Valent. Szegedi Sam. Sterius.

T. Tarczali Paul. Temlin Matthias. Teutfch Andr. Textoris Dan. Theis Mich. Gottl. Thill Georg. Eric. Thomas. Topolits Andr. Torkos Io. Torner Mich. Trangus Elias et Mich. Theoph. Trnka Wencesl. Troefter Io. Trogmayer Iof. Gottl. Troft Io. Mart. Tutius Mart. Tzak.

V. Váradi Matthias. Váfárhelyi Iac. et Steph. Vejza. Vereftői Sam. Vietoris David. Vgroczi Mich.

W. Wachsman Sigism. et Andr. Wághi Georg. Waldman Dan. et Efaias. Wagner Luc. Wernifcheck Io. Iac. Wieland Io. Car. Winckler Iof. Winder Iof. Windifch Io. Theoph. Winterl Iac. Iof. Weifz.

Z. Zacharides Georg. Zágoni Gabr. Zágoni Bara Steph. Zamolxis. Ziegler Andr. Zolicaffer Maximil. Honor. Zoltán Iof. Zurbrucken Mich. et reliqui, qui adhuc defiderantur.

Viros Patriae eruditos enixe rogamus, immo per communia Reipublicae litterariae facra obteftamur, vt fuas hic adjicere Symbolas, easque perbenigne nobiscum communicare nulli intermittant.

Vitia operarum ita L. B. corrigat.

Pag.
9. Linea 1. exratae: Lege, *exaratae.*
— Linea 22. hirtetlen: lege, *hirtelen.*
— Linea 41. hözül: lege *közzül.*
12. Linea 19. 40. lege, 30.
— Linea 29. Lyeo: lege, *Lycaeo.*
13. Linea 4. Sosiorate: lege, *Sosiocrate.*
— Linea 13. concliata: lege, *conciliata.*
14. vltima, egrege: lege, *egregie.*
15. Linea 21. sempiretnam: lege, *sempiternam.*
16. Linea 3. domi: lege, *domui.*
21. Linea 10. septentrionalibus: lege, *septem trionibus.*
22. Linea 16. edito Dissertatione: lege, *edita Disserta-tione.*
23. Linea 22. in vsu Excelsi: lege, *jussu Excelsi.*
— Linea 34. Milletes: lege, Milleter.
24. Linea 42. humanissima: lege, *humanissime.*
25. Linea 2. Supperattendens: lege, *Superattendens.*
30. Linea 15. mértekletesség: lege, *mértékletessek.*
46. Linea 10. credabatur: lege, *credebatur.*
51. Linea 9. Protestantes: lege, *Remonstrantes.*
59. Linea 3. demoueretur: lege, *dimoueretur.*
60. Linea 7. Filium: lege, *Filiam.*
61. Linea 38. Panoniam: lege, *Pannoniam.*
— Linea 45. Apolonius: lege, *Apollonius.*
63. Linea 2. post artis pharmaceuticae: adde, *Magistri.*
65. Linea 5. voatus est: lege, *vocatus est.*
— Linea 33. supleant: lege, *suppleant.*
68. Linea 31. inauspicato: lege, *in auspicato.*
75. Linea 2. conspices: lege, *conspicies,*
77. Linea 9. & 10. frequenter fuisset: lege, *frequenter fecisset.*
78. Linea 10. & 12. foterriis, & offere: lege, *sote-riis, & offerre.*
— Linea 26. 33. Sempornium, Pisonium: lege, *Sem-pronium, Pisonium.*
80. Linea 1. Habacheri: lege, *Hambacheri.*
— 39. Salutem: lege, *salutarem.*
81. Linea 15. PRORTER: lege, *PROPTER.*
83. Linea 17. Dominorumque: lege, *Dominiorumque.*
— Linea 28. Lycaeo: lege, *Lyceo.*
48. Linea 2. togarotum: lege, *togatorum.*
91. Linea 18. iustitia fora: lege, *iustitiae fora.*
93. Linea 18. Phisiologiam: lege, *Physiologiam.*
97. Linea 14. ideomate: lege, *idiomate.*
98. Linea 11. in defessae: lege, *indefessae.*
103. Linea 9. policeretur: lege, *polliceretur.*
106. Linea 16. Ruysius: lege, *Ruyschius.*
107. Linea 5. Galeocti: lege, *Galeotti.*

Pag.

Pag.

110. Linea 1. pirrupiſſet, arum: lege, *irrupiſſet parum.*
— Linea 22. examinandus: lege, *exanimandus.*
112. Linea 36. No ri: lege, *Noſtri.*
119. Linea 27. MDXLI: lege, *MDLI.*
— Linea 28. Juuentutis: lege, *Juuentuti.*
120. Linea 28. reditus eſt: lege, *redditus eſt.*
129. Linea 30. ex mox: lege, *& mox.*
130. Linea 9. ſuſcepiſſiet: lege, *ſuſcepiſſet.*
— Linea 15. 27. noſtum. & ſolummodo: lege, *noſtrum.* & *ſolummodo.*
132. Linea 24. qem; lege, *quem.*
142. Linea 27. & in vum: lege, *& in vnum.*
143. Linea 3. OCCVLARIS: lege, *OCVLARIS.*
144. Linea 8. Lucernem: lege, *Lucernam.*
— Linea 28. conſecrata eſt: lege, *conſeruata eſt.*
149. Linea 14. & quam: lege, *& quem.*
151. Linea 15. retionalis; lege, *rationalis.*
154. Linea 4. De Phtiſi: lege, *De Phthiſi.*
— Linea 28. Liteis; lege, *Literis.*
156. Linea 5. Tenchinienſes: lege, *Trenchinienſes.*
158. Linea 2. Hyoſcyamus: lege, *Hyoſciamus.*
165. Linea 22. Hic adminiculis: lege, *His adminiculis.*
171. Linea 16. Caſus vero, oppido: lege, *Caſus vteri oppido.*
— Linea 28. 32. ab initio, & catharo: lege, *ab inito*, & *catarrho.*
177. Linea 47. exſtrare: lege, *exſtare.*
178. Linea 15. translaturum: lege, *translatum.*
179. Linea 13. poſt Hungariae: adde *Rtgem.*
181. Linea 12. Conſiliorum; lege, *Conciliorum.*
186. Linea 10. Hungricæ: lege, *Hungaricae.*
187. Linea 20. 1550: lege, 1546.
193. Linea 25. Vienenſis: lege, *Viennenſis.*
195. Linea 6. cacheticus: lege. *cachecticus.*
197. Linea 10. referret; lege, *refert.*
199. Linea 14. hinc: lege, *huic.*
200. Linea 8. regium pharmacopaeum: lege, *regiam pharmacopaeam.*
201. Linea 36. MDXLIII. lege, MDXLIIII.

NB.

147. num. 8. Csákvárina Inſcriptio ab erudito *amico* recentiſſime transmiſſa ſic legenda eſt:

DIANESAC
MAVR CONSTA
NTINVS VET EX
EXP RETO
VS IMPRETO
ACON
NTIM
INRE
ESVAP.

Reliquos errores L. B. pro aequanimitate ſua emendet.